

~~B. VII. 14.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
14 A 250 VITEBERG.

SIGNAT. c1515CCCXIII.

*mp*

PRAXIS  
LOGICA,

SEU

USUS

MANUALIS LOGICI  
SCHARFIANI

PRACTICUS

IN

SS. THEOLOGIA

TYRONIBUS LOGICÆ

MONSTRATUS

à

M. CHRISTIANO VALE-  
RIO ZEISIO,

SIBENLEHNENSIIUM PASTORE.

---

LIPSIAE & FRANCOFURTI  
Apud MARTIN. GABR. HÜBNERUM,

Typ. JOH. HEINR. RICHTERI,

1694.

PRAXIS

a præ-  
muni-

muni-

am.  
ter.

PRAXIS  
LOGICA

USUS

MANUALIS LOGICAE  
SCHARFMANI

PRAGMATICUS

SS. THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS

MONSTRATIENSIS

M. CHRISTIANO VALE  
RICHARDI

STREHNHENSEN PASTORE

IN  
MUSEO GABRIELIS HERMANNI

JOH. HENR. RICHTER

ex  
ban  
Bib  
ite  
hu  
&  
ed,  
stu  
edi  
fac  
ret  
me  
con  
Et  
cun  
The  
han  
dod  
Cla  
&  
rum  
tum  
esse  
nun  
xus  
sur  
cam  
tior  
imp  
hab  
usum



B. L. S. D. A.

*A*PPendicis loco ad hoc Manuale Logicum jucundissimis jam aequae ac utilissimis exemplis, quae Commentarij perpetui titulum merebantur, refertum & illustratum DN. HÜBNERUS, Bibliopola Dresdensis florentissimus instanter ac iteratis precibus à me Praxin Logicam seu Usua hujus libelli Practicum ad B. Autoris Praecepta, & novas has Annotationes accommodatum, petiit, eò, quòd primus ei, dum novam hujus libelli, eamque studiosa juventuti, quàm fieri posset, utilissimam editionem meditabatur, consilium dederim, ut tali facie, quàm nunc prodit, libellum hunc imprimi curaret, nil minus tunc opinatus, quàm laborem hunc in me desolutum iri, qui imparem me ei sustinendo confiteor, maximè jam, cum ratio muneris mei sancti à studio philosophandi feriari me jubeat. At cum deinde praeviderim, Praxin hanc fore Logico-Theologicam, unde, qui Theologiae se consecrabunt, haud parum utilitatis essent laturi; plurimi quoque doctorum consilio meo uno ore suffragarentur; Praeclarissimi insuper DN. M. STÜBELII, Fautoris & Amici mei Colendi, Autoris Annotationum harum Logicarum stimulus accederet & incitamentum, animum mutabi, & consilium meum irritum esse, perpetuisque votis amicissimi mei HÜBNERI abnuere nolui. Age igitur, opus aggredi conabor, nixus tum divinà gratià, tum benevolà Lectorum censura. Doctis hic non scribo, sed tyronibus, & Logicam addiscentibus. Hinc aequum judicium à limatioris eruditionis Lectore exoro, ne visa aut lecta improbet, donec ex industriis discipulis compertum habeat, nullum ex his pagellis ad eos redundasse usum. Vale. Sibenlehnij, d. 15. Sept. 1693.



Σὺν Θεῷ!



**N**emo sanæ mentis Scri-  
pturam S. ἀσυνλογιστως arguet,  
quod dudum à Viris doctissimis  
evictum fuit: Atq; adeò Logica  
à lectoribus ac Interpretibus in  
Scrip̄turam S. non demum inferenda est, sed ex  
eâdem addiscenda & perficienda, atq; demonstra-  
tiones ejus non tam ad Logicam Aristotelis aut  
aliorum Philosophorum sunt examinandæ,  
quàm humanæ argumentationes juxta eam in-  
stituendæ & corrigendæ. Spiritus enim Dei,  
qui primum hominem in perfectâ creavit sa-  
pientiâ, hanc quoq; nobilissimam disciplinam  
ceu partem imaginis primæ, quantum hæc  
imbecillitas patitur, cum novâ revelatâ & saluti-  
ferâ scientiâ simul restituere voluit, & Intelle-  
ctum nostrum erroneum atq; in abyssum igno-  
rantia delapsum, informare ac rectificare. Ideò  
autem hodiè in Scholis Præcepta Logica seorsim  
traduntur, ut tyrones vulgaribus, & cuius ob-  
viis exemplis prius exerceantur, & arte hæc or-  
dine & accuratè res intelligendi, certiq; aliquid  
è verbis concludendi imbuantur, quò in superio-  
ribus deinde facultatibus, & maximè abstrusiori-  
bus rerum divinarum arcanis feliciorum pro-  
gressum facere queant.

Hinc quicquid Prophetæ & Apostoli protu-  
lerunt,

lerunt, exactissimè cum Logicâ convenit, & si non statim à nobis apprehenditur, tenendum, haut esse vitium in objecto, sed in obscurato & depravato nostro Intellectu, qui debito modo non omnia recipit. Nec verò ideò temerè cum Keckermanno l. 1. Syst. Theol. c. 4. p. 57. dicendum, *Spiritus S. lucem accendi per Logicam*, quatenus nim. ea etiam extra verbum revelatum consideratur; quò nim. um Logicæ tribuitur: Neque cum Fanaticis, Enthusiasticis, novisque Prophetis ea est contemnenda, quasi minimè ad Theologiam necessaria; hi enim hostes literarum & liberarum artium, cum aliis Disciplinis Logicam quoque è scholis eliminare student, ne quis scientiâ concludendi edoctus falsæ eorum doctrinæ fraudem intelligat detegatque, sed ut rudes sciantque illiterati discipuli vel cæcâ obedientiâ & carbonariâ fide ducti illos sequantur, vel pro divinæ veritate habeant portentosa ipsorum dogmata, somnia &c. licet nec *καὶ ῥητόν* in Scripturâ legantur, nec per bonam consequentiam ex eâ probari possint; vel ut gladius è manu torqueatur contra hostes, i. e. ne discipuli sui adversariis contradicere valeant, qui multò colore & ratiocinatione falsas suas venditant doctrinas, atque adeò diversitas Religionum è medio tollatur. Hoc verò est unicum, quod prætendunt, Prophetas & Apostolos olim nec Logicam, nec alias artes scientificas didicisse, omnia à Deo fuisse edoctos, ideò nec hodie eis tempus esse impendendum, cum nec ad prædicandum, nec ad intelligendum Verbum Dei sint necessaria, sed sufficere Illuminationem, novos motus, simplicitatem animi &c. His præter S. Pauli *ικανότητα ἑ ἀντιλέγωντας ἐλέγ-*

Scri-  
arguet,  
tissimis  
Logica  
ibus in  
sed ex  
onstra-  
elis aut  
mandæ,  
eam in-  
m Dei,  
avit sa-  
iplinam  
um hæc  
& saluti-  
Intelle-  
m igno-  
re. Ideò  
seorsim  
ivis ob-  
hac or-  
aliquid  
superio-  
struor-  
rem pro-  
oli protu-  
lerunt,

χεν ἢ ἐπισομίζεν, quæ certè sine Logicâ esse ne-  
 quit Tit. l. v. 9. & 11. responsionis loco opponi-  
 mus verba Celeberrimi Angliæ Cancellarii Ba-  
 conis de Verulamio, qui l. i. de Augm. Scient. p. 26.  
*Inſeligendis, inquit, illis instrumentis, quæ adhi-  
 buit Deus ad fidem diſſeminandam, initio homines  
 evocabit planè indoctos & illiteratos, præterquam  
 quod Spiritus S. afflatu inſtrueti fuiſſent, quò ebi-  
 dentius virtutem ſuam immediatam & divinam  
 declararet, omnemq; humanam ſapientiam depri-  
 meret. Quamprimum autem conſilium ſuum ex  
 hæc parte perimpletum eſſet, mox in proximâ ſucceſ-  
 ſione temporum divinam veritatem ſuam aliis do-  
 ctis veluti pedifequis comitatam in mundum  
 immiſit. Itaq; D. Pauli calamus (qui inter Apo-  
 ſtolos ſolus literatus fuit) in Scripturis N. T. præ-  
 cipuè à Deo adhibitus eſt. Logicâ igitur cog-  
 nitione hodie in explicanda Scripturâ carere haud  
 poſſumus, quippe cujus ductu certæ formantur  
 Definitiones, Divisiones in juſtas partes, Do-  
 ctinæ eliciuntur ac confirmantur, Heterodoxiæ  
 deteguntur & refutantur, quod plurimis demon-  
 ſtratum dederunt B. Dannbauerus in Ideâ Boni  
 Diſputatoris & Malitioſi Sophiſtæ; in Ideâ Boni  
 Interpretis & Malitioſi Calumniatoris: & in  
 Polemoſophiâ ſeu Dialecticâ ſacrâ, Meiſnerus in  
 Philoſophiâ Sobriâ, Kromeyerus in Polymathiâ  
 Theologicâ P. II. Keſlerus in Logica Photiniana,  
 Seldius in Topicâ Calviniana, Zeiſoldus in Logica  
 Sacrâ, Alſtedius in Logica Theologicâ & alii.*

Quibus verò in Inſtitutione præceptis ſit  
 utendum, plures ambigunt, alii enim præferunt  
 ex veteribus Platonem: alii ex recentioribus  
 Cartefii, aut Eclecticorum manuſcriptionem ma-  
 lunt



lunt substituere: alii mirum in modum se torquent, ut novos argumentandi modos excogitando, veterem Aristotelicorum receptam Logicam supprimant: sed quàm periculosum sit in rebus maximè fidei novis ipsiſq; aduſariorum telis pugnare, prudentiores iudicent, novæ enim artis inventores plerumq; infenſiffimi ſunt fidei noſtræ hoſtes, & hoc ſtratagemate noſtros à veritate deducere ſatagunt; Vel enim eos, qui rationi indulgent, captivare ſpecioſis ſuis verbis quærunt, vel Heterodoxiæ ſuæ venenum ſub Principiis Philoſophicis propinant & venditant, quod imperitiores novitatem ſitientes ſæpè imbunt ad perniciem ſuam, quia argumentis rationi conſentaneis inebriati redduntur incorrigibiles, ut nihil attendant, quicquid demum Scriptura in contrarium dicat. Nos ideò cum B. Scharfio Theologo de Eccleſiâ meritiffimo ſequimur Ariſtotelem, non curantes infenſiffimorum ejus hoſtium latratûs. Logica enim hæc Ariſtotelica in plurimis ſanæ rationi optimè convenit, ab innumeris quoq; Eccleſiæ orthodoxæ Theologis cribrata fuit & ventilata, oſtenſumq; in quibus cum veritate ipſa conveniat, & in quibus aberret. Hinc & viri doctiffimi prodierunt, qui omnes aduſariorum machinas feliciffimo ſucceſſu evertunt, & innumeras ab hoſtibus victorias reportarunt. Lutheri de Ariſtotele iudicium quod atinet, ipſe non tam Ariſtotelem quàm ejus abuſum à Scholaſticis introductum improbat & damnat. Non dicam, quòd *Buxtorf. in lib. Coſri* P. I. in Nott. ad S. 63. p. 30. ſq. è librò Rabb. Schevile Emunah R. Meir ſeqq. referat: *Inveni ſcriptum, quod Ariſtoteles Græcus, quem omnes cæteri*

sequuntur, & ex cuius scriptis sua hauriunt, Praeceptor fuerit Alexandri Macedonis, qui toti mundo imperabit. Cum itaque Alexander cepisset Hierosolimam, praefecit Aristotelem Praeceptorem suum thesauro Salomonis. Tunc Aristoteles perscrutatus libros Salomonis, eos accepit, & sub suo nomine publicabit, addens illis errores suos; libros autem Salomonis abscondit, ut sic persuaderet mundo, Aristotelem ipsum haec omnia composuisse. Haec itaque videns gabifus sum, & dixi: Certum est, quod fundamenta artium, ut & res istae verae, quas habent Ismaelitae & Edomaei, h. e. Christiani, sint à filiis Israelis. Cetera autem, quae à seipsis sunt commenti, sunt ipsorum. Ex eò B. Scharfius Manuale hoc concinnavit, ut tyrones habeant in Synopsi, quae ex eodem necessaria sunt, & quae tunc sequantur. Cum verò multi praecèpta haec addiscendo incogitanter querantur, se oleum & operam suam perdere, & in futuram discere oblivionem, per exemplum monstrabo applicationem omnium, quae in Logicâ traduntur, & quomodo omnia in succum & sanguinem verti possint, quibus perlectis iudicent ipsi, quantam utilitatem Logicâ scientiâ pollens praeter ceteris habeat. Elegi autem textum sacrum, quia Scripturam S. nosse & intelligere omnes decet, cuiuscumque tandem Facultati se dicare velint; & quidem ex Disputationibus, quas magno numero Scriptura offert: eam, quam ipsa caelestis Sapiencia habuit cum Sadduceis de Mortuorum Resurrectione, quam hi negabant & impugnabant suis Sophismatibus, Christus verò assererat & probabat firmissimo argumento, ut ne hiscere quidem contra possent. Hic textus ipse se commendat tum ob Disputantis autoritatem,

tem,

tem, qui jam aliquoties contradicentium ora obturaverat, tum ob materiae necessitatem, tum denique ob arduam argumentorum hic latentium difficultatem, quippe quae varie ab Interpretibus hic eruuntur & formantur, ut adeo, qui rite hunc textum intelligit, facilius in reliquis locis Scripturae progredi possit. Verba quae hanc in partem leguntur, sunt haec Matth. XXI. Vers. 23. (Conf. Marc. 12. v. 18 & 27. Luc. 20. v. 27 & 40.) In illo die accesserunt ad Christum Sadducei, (qui dicunt, non esse resurrectionem) & interrogaverunt eum. Vers. 24. Dientes: Magister, Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Vers. 25. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta defunctus est: ac non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Vers. 26. Similiter secundus & tertius usque ad septimum. Vers. 27. Nobilissime autem omnium defuncta est & mulier. Vers. 28. In resurrectione ergo cujus est septem illis erit uxor? Omnes enim habuerunt eam. Vers. 29. Respondens autem Jesus ait illis: Erratis nescientes Scripturas neque virtutem Dei. Vers. 30. In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo. Vers. 31. De resurrectione vero mortuorum non legistis, quod vobis dictum est a Deo? qui ait: Vers. 32. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Deus non est Deus mortuorum, sed viventium.

Vers. 33. Et cum audissent turbae, obstupuerunt de doctrinae ejus.

Præce-  
mundo  
Hieroso-  
sum  
rutatus  
omine  
autem  
do, Ari.  
ec itaq;  
od fun-  
habent  
à filiis  
ommen-  
ale hoc  
fi, quæ  
antur.  
o inco-  
m suam  
em, per  
nium,  
nnia in  
s perle-  
gicâ sci-  
i autem  
e & in-  
acultati  
onibus,  
n, quam  
cæis de  
egabant  
iftus ve-  
mento,  
c textus  
torita-  
tem,

CAPUT I.

*De Terminis, qui in hoc textu continentur, quomodo juxta lib. 1. Log. sint eruendi.*

**P**ROOEMIUM Logicae, ubi ea definitur, in memoriam nobis revocat nomen Filii Dei, qui καὶ ἐξοχὴν vocatur Λόγος Dei Essentialis ac personalis, Sapiencia infinita & increata. Duplex verò in Christo datur Scientia, altera finita, habitualis & experimentalis, quam propriam habuit per naturam humanam, eaque crescebat in pueritiâ Luc. 2. v. 52. altera infinita, divina & æterna, communicata per unionis gratiam humanæ naturæ, cujus respectu in Christo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ Col. 2. v. 3. Adeoq; in Christo longè excellentior scientia fuit, quàm in homine integro.

Sadducæorum exemplum docet, dari multos Sophistas & Calumniatores, qui Logicam abutantur ad palliandos suos errores & impugnandam veritatem, quemadmodum hi depravatis animis imperfectis suis Syllogismis, seu potius malitiosis sophisticationibus Christo se opponebant. Disputabant hi ut Opponentes ex Lege Mosis tanquam principio suo, sed, ut infra audiemus, malè intellecto: Christus, qui Respondentis munus gerit, genuinum loci allegati sensum ostendendo oppositum argumentum Apodictica solutione infirmat, & Adversarios ita confundit, ut omni exceptioni via præcludatur ipsiq; adversarii testimonium ei perhibeant, Benè dixisse ac respondisse. vid. Marc. 12. v. 28. Luc. 20. v. 39. Hinc *finis* est

est Sophistarum Sadducæorum, errorem suum defendere, Resurrectionem destruire, & Christum ad absurdum deducere: Christi verò intentio & finis est, divinam veritatem defendere, Resurrectionem adstruere, & heterodoxorum hostium impiam doctrinam arguere ac convincere.

Dum autem Sadducæi Christo argumentum ex Scriptura, qualecunq; demum sit, opponunt, *observandum*, Neminem posse Adversarium convincere, si non utatur argumentis & principiis, quæ ab ipsò admittuntur. Sic nil obtinebit adversus Judæos, qui contra eos ex N. T. velit disputare. De Sadducæis à quibusdam traditur, eos tantum Legem Mosaicam pro Verbo Dei & authentico habuisse (quod tamen de Samaritanis tantum verum est,) idq; inde probare volunt, quia Christus ex lege Mosis tanquam principio apud ipsos valido argumentatus sit. Conf. infra cap. 3. locum ex Gerh. alleg. Vicissim nemo tenetur respondere adversario, qui alienis pugnat principiis; sic non teneor Pontificiis, quamdiu nos impugnant autoritate Papæ, & quamdiu disputant adversus nos ex Traditionibus, Patribus, & Conciliis tanquam principiis fidei suæ, quæ tamen nullò modo à nobis in rebus fidei pro fundamento admittuntur; Nec Calviniani nos ad conflictum provocare possunt, quamdiu rationi suæ inharerent.

In specie nunc atq; ordine textus verba inspicimus, & terminos examinabimus, ne verò opus pagellas excedat, potiores allegabimus, ex quibus facile de cæteris judicandum erit, cum in citandis universa doctrina libri I. de terminis applicata fuerit.

Particulæ: *In, ad, non, &*, similesq; item Ca-  
 sus nominum obliqui, ut: *Die, filium, uxorem,*  
*semen &c.* ut & Verba, quæ non sunt Præsentis  
 temporis e. g. *Accesserunt, interrogaberunt &c.*  
 sunt termini *Syncategorematici*: Contrà *Sad-*  
*ducai, dicunt, dicentes, Magister, Moses, & omnes*  
 Casus recti sunt termini *Categorematici* Vid. Not.  
 p. 17. sq. *Resurrectio* est terminus *Incomplexus* bo-  
 ce tantum, involvit enim 1. resuscitantem, 2. resu-  
 scitatum, 3. modum resuscitandi & resurgendi.  
 Est quoq; terminus *complexus re tantum*, quia hæc  
 duo coincidunt. Hujus generis sunt *accesse-*  
*runt*, ubi 1. personæ accedentes, 2. motus acces-  
 sionis: *Sadducei*, hîc 1. personæ, 2. error seu do-  
 ctрина, unde denominati: *Dicentes*, hæc vox in-  
 volvit 1. personas, 2. locutionem: *Magister*, ubi  
 1. persona, 2. dignitas Magisterialis &c. *Qui*  
*dicunt, non esse resurrectionem* i. e. Sadducæi, est  
 terminus *incomplexus re seu significatione tantum*,  
 vid. Nott. p. 19. *Resurrectio* est *Æquivocum*, signi-  
 ficat enim 1. mortuorum & jacentium corporum  
 erectionem, 2. ex præsentissimâ morte liberatio-  
 nem, 3. everfionem, 4. conversionem Apoc 20.  
 v. 6. Est quoq; *Synonymum* respectu piorum & im-  
 piorum, de utrisq; enim Definitio vera est, quâ  
*Resurrectio est Opus Dei triunius, quò is per omni-*  
*potentiam suam corpora defunctorum ex pulbere*  
*terre excitabit, & cum animabus reduniet.* Re-  
 surrectio itaq; pertinet ad opera Dei, cum homo  
 ex propria virtute in æternum non possit redire  
 in vitam. *Sadduceus* est *Paronymum* seu *Deno-*  
*minatibum* hoc tantum. vid. Nott. p. 19. Autor  
 enim hujus sectæ nomen habuit Sadok, qui cum  
 Baitho ex malo intellecto Præceptore Antigono

Sochæo, cujus dictum erat: *Ne sitis sicut serbi, qui Domino famulantur præmij ergò, sed dominetur vobis timor Dei*, incidit in hanc impiam expositionem, *Non esse præmium, vel pœnam, vel ullam omninò in futurum expectationem*. Ab hoc omnes vestigiis ejus insistentes dicti fuere Sadducæi. Vid. Joseph. l. 2. de B. J. c. 12. *Resurrectio est Abstractum, resurgens verò Concretum. Resurrectio est Uniuersale seu Predicabile, omnes enim homines resurgent, & quidem Genus, cujus Species sunt Resurrectio corporum beatorum, & Resurrectio corporum damnatorum. Sadducæus est Species, cujus Genus Judæus s. Secta Judæorum, it. Hæresis dividebantur enim Judæi in diversas sectas, ut Essæos, de quibus Paulum agere dicunt Col. 2. v. 16. fqq. Pharisæos & Sadducæos, Conf. Joseph. l. 2. c. 7. & l. 13. c. 9. Dicere, non esse resurrectionem, est Differentia Sadduc. ab aliis Sectis & Hæresibus Dies est Species, cujus Genus est Tempus, hoc enim sub se habet dies, annos &c. Ille dies est Individuum. Negare resurrectionem est Proprium respectu Sadducæorum. Resurrectio per se in nullo est Prædicamento, quia est terminus complexus, nisi prius resolvatur in sua incomplexa. Sadducæi quatenus sunt homines, pertinent ad Prædicam. Substantiæ, quatenus eorum sunt multi vel pauci, ad Quantitatem; quatenus peculiarem fovent doctrinam, ad Qualitatem: quatenus nomen habent ab autore Sadok ad Relationem, qt. accedunt, ad Actionem: qt. à Christo confunduntur & refutantur, ad Passionem, qt. in illo die accedunt, ad Quando: qt. ad Christum, ad Ubi; qt. adstant ut ejus adversarii erecto corpore, ad situm: qt. deniq; fuerunt vestiti, ad Habitum.*

Vid. Can. 3. de Prædicam. *Ad Christum.* De hujus personâ notandum, quod non semper secundum rationem de eâ loquendum sit, gigas enim est geminæ substantiæ, cujus altera natura, nim. humana non per se subsistit, id est, non habet subsistentiam propriam, sed in Incarnatione humana natura in Hypostasin seu subsistentiam divinæ naturæ est assumpta. Hic Christus tum erat in statu Exinanitionis, & secundum præsentiam naturalem humanitatis suæ certo loco inclusus, ut per motum localem accessio ad eum institui posset: Jam verò in statu Exaltationis etiam humana natura per plenarium usum communicatæ Omnipræsentia, seu per præsentiam personalem, ut loquuntur, semper est, ubi est Divinitas (loquor autem non modò de præsentia intimâ ad λόγον, sed & extimâ ad creaturas,) unde, qui jam Christum alibi quærit, destruit ejus personam. Quod notandum contra Calvinum. Conf. Nott. p. 237. *Dies* est in Prædicamentò *Quantitatis*, & quidem *continua*. *Accessio* est Actio corporalis, adeoq; pertinet ad Prædicam. *Actionis*. *Interrogari* ad Prædicam. *Passionis*. *In illo die* ad Prædicam. *Quando*. *Resurgens* qd. ante resurrectionem jacet, pertinet ad Prædicam. *Situs*. *Motus* accedentium Sadducæorum contrariè opponitur *quieti*. *Resurrectio* Sadducæis videbatur esse absurdum & *contradictorium*, hinc eam negabant. Sed quomodò contradictoria distinguantur, & Deus ea possit, vid. Nott. p. 265. *Dicere, esse resurrectionem, & Dicere, non esse resurrectionem*, sunt *contradictoriè opposita*. *Esse Sadducæum, errare, & nescire Scripturas* v. 29. sunt *Opposita d'spirata*, quæ simul possunt stare in eodem subjecto. Vers.



Verf. 24.

*Frater non habens filium* est terminus complexus *boce & re simul*. *Moses* est terminus incomplexus *boce & re simul*, Vid. Nott. p. 19, *Frater* est terminus finitus: *Non habens filium* est terminus infinitus, Nott. p. 20. *Suscitare* est Analogum Proportionis, primario enim & proprie suscitantur dormientes, secundario & per Metaph. soboles & liberi. *Semen* est Synonymum Synonymans, liberi Synonymum Synonymatum. *Magister* est terminus Concretus accidentalis Nott. p. 62. *Moses* est Individuum. *Mors* est Genus, suas enim habet Species, ut mortem naturalem & violentam, supplicium &c. *Uxor* est Species Specialissima, cuius Genus est *Fœmina*. *Magistrum esse, mori*, sunt *Accidentia Prædicamentalia*. *Dignitas* enim *Magisterialis* non potest existere nisi in subjecto sc. docto & erudito. Sic *mors* non subsistit, existit tamen in homine. *Magistri* titulus hîc *equivocè* ab adversariis usurpatur, *Ironice* enim loquuntur *Sadducæi*, & eò *Christum* ludibrio potius habent. q. d. *Egrè* vir, *Magistri* titulo superbis, sed audiamus jam tuam eruditionem, loquere, ut videamus, te esse magistrum. *Semen* est *Prædicamenti Substantia*, est enim corpus animatum. *Moses* est *Substantia prima*. *Potentia generandi* spectat ad *Prædicam. Qualitatis*, estque *Potentia naturalis activa*. *Mortalem esse* est *Potentia naturalis Passiva*. *Mosis facies coruscans* est *Forma*, & quarta species *Qualitatis*. *Magister* respectu discipuli est in *Prædicam. Relationis*. Sic *Pater* & *Filius* sunt termini *relati*. *Suscitare semen* est *Actio substantialis* Nott. p. 226. *Uxorem ducere, & matrimonium contrahere* v. 29. sunt  
Syn.

*Synonyma, & in Prædicam. Actionis. Magisterialis Christi scientia, & Sadduceorum error ac ignorantia v. 29. sunt Privatibè opposita. Magister & Discipulus, Frater & frater, maritus & uxor, sunt relativè opposita. In semine est Privatatio formæ humanæ Physica, non Logica, Nott. p. 261. Habens filium, & non habens filium, sunt contradictoriè opposita. Conjunctio matrimonialis naturâ prior est prole. Moses tempore prior fuit Sadduceis Nott p. 271. Idem Moses dignitate & honore prior est Aarone Exod. 4. v. 16. Nott. p. 273.*

Verf. 25.

*Primus, secundus, tertius verf. seq. sunt terminum Categorematici, tum Syncategorematici seu mixti, hæc enim vocabula idem significant, ac primus frater, secundus frater Nott. p. 18. Frater est Species, distinguitur enim in sua Individua, primum, secundum, tertium. Frater, qui ducit uxorem, accidentaliter differt ab eò, qui non ducit. Anima separatæ tanquam Substantia spiritalis status exactè cognosci non potest. Septenarius numerus est in Prædicam. Quantitativè, & quidem discretæ: Septimus autem, ut & primus, secundus, in Prædicam. Relationis Nott. p. 63. Impotentia generandi est impotentia naturalis. & secunda species in Prædicam. Qualitatis. Maritus & Uxor sunt Relata disquiparantia: Frater verò & frater equiparantia, Nott. p. 206. seq. Primus & secundus sunt Relata & Relativè opposita. Apud nos est Prædicam. Ubi. Mori, & relinquere uxorem sunt Disparata. Primus secundo prior est ordine & naturâ. Maritus & uxor naturâ similes sunt. Nott. p. 271.*

Verf.

Verf. 27.

*Nobissimè omnium est Prædicam. Quando.*

Verf. 28.

*Cujus è septem est Individuum Sagum. In resurrectione est Prædicam. Quando. Habere uxorem est octavus modus habendi in Postprædicamentis.*

Verf. 29.

*Jesus est Individuum singulare & eminens. Virtus est Homonymum, modò enim significat potentiam, modò virtutem moralem. Deus quoque est Equivocum, sumitur enim de Deo vero, & de idolis seu Diis falsis. Sic & erratis Equivocum est, & quidem Analogum Proportionis, propriè usurpatur de viatore aberrante & in alienam viam incidente, impropriè autem de eò, qui rerum ignarus est. Deus num Universale vel Prædicabile & Individuum sit? vid. Nott. p. 88. Deus non est Genus, ib. p. 91. nec Species ib. p. 101. Scriptura S. Differentia essentialis ac specifica à reliquis scriptis est Θεονομία. Deus nec est in Prædicamento, nec definiri potest, vid. Nott. p. 129. Deus est Substantia Metaphysica, non Logica, ib. p. 142. Scriptura ipsa est in nullo Prædicamento, quia est Ens per aggregationem. Error, ignorantia est Patibilis Qualitas. Matrimonium contrahere est Accidens Prædicamentale & in Prædicam. Actionis. Virtus seu potentia, & impotentia sunt contrariè opposita.*

Verf. 30.

*Erunt sicut Angeli, est Analogum Attributionis, quemadm. enim Angeli sunt ingenerabiles, ita & homines post resurrectionem nec generabunt nec generabuntur. Sicut Angeli, est Denominatio extrin-*

Verf.

*trinfecai e.* ita vivent, ut Angeli. Angelis similes erunt resurgentes & beati non per transubstantiationem, aut novam creationem, ut Soci-  
 niani nugantur, sed erunt ἰσαγγελοι, i. e. quali-  
 tatibus Angelicis præditi. Ἰσαγγελία igitur  
 prædicatur de resurgentibus non ut de Subjecto  
 inhæfionis, sed prædicationis, vid. Nott. p. 63.  
*Angeli sunt Species, quorum Genus est Spiritus.*  
*Cælum est Equivocum, aer enim dicitur cælum,*  
*item firmamentum, & τὸ βεατορῶν.* In resurre-  
 ctione h. l. *Qui à mortuis resurrexerunt Marc. 12.*  
*v. 25. Et: Illi, qui digni habebuntur seculo illo, &*  
*resurrectione ex mortuis: Filij resurrectionis, Luc.*  
*20. v. 35. 36. Hæc sunt Synonyma. Matrimonium*  
*contrahere est Proprium hominum. Esse sicut*  
*Angeli Dei in cælo, est Proprium electorum in vitâ*  
*beatâ. Angeli sunt Substantie spirituales, vid.*  
*Nott. p. 145. Angelus est Substantia secunda. An-*  
*geli sunt in cælo, non ut Accidens in subjecto, sed*  
*ut subjectum in locô suo analogico. Cæli visi-*  
*bilis rotunditas pertinet ad quartam speciem*  
*Qualitatis, nempe Figuram. Elocari est in Præ-*  
*dicam. Passionis & Relationis. In cælo est Prædi-*  
*câm. Ubi. Matrimonium contrahere, & matri-*  
*monium non contrahere sunt contradictoriè opposi-*  
*ta. Matrimonium contrahere, & esse sicut Angeli*  
*Dei in cælo, etiam sunt contradictoria. Matri-*  
*monium contrahere, & legere verbum Dei. v 31.*  
*sunt Disparata, quæ simul stare possunt Dispa-*  
*rata quoq; hæc sunt: Ultra mori non posse: equa-*  
*lem esse Angelis: Filium esse Dei; Filium esse re-*  
*surrectionis Luc. 20. v. 36. Deus Angelis homini-*  
*busq; est prior tempore, naturâ, ordine & honore.*  
*Homo & Angelus sunt Disparata, sed Angelus in*  
 Con-

creto prædicatur de homine, vid. Can. 2. in Post-  
prædicam.

Verf. 31.

*Mortuus est Denominativum per Denomina-  
tionem intrinsecam Nott. p. 72. Forma denomi-  
nans est mortalitas, Denominatum, homo pec-  
cator Denominativum ipse mortis sensus, per  
quem homines dicuntur mortui. Legendi facul-  
tas & scientia pertinet ad Prædicam. Qualitatis  
ejusque primam speciem Habitum. Legere, & non  
legere sunt contradictorie opposita.*

Verf. 32.

*Deus Abraham, Isaac & Jacob, est terminus  
complexus voce tantum, Nott. p. 19. Abraham, Isa-  
ac & Jacob sunt Individua. Deus Abraham, De-  
us Isaac, & Deus Jacob non notat Differentiam  
genericam, nec specificam, sed eminentiam; Et tri-  
na hæc Dei appellatio nihil aliud significat, quam  
Deum trinunum. Mors & vita privative sibi  
opponuntur. Deus verus, & non Deus verus sunt  
contradictorie opposita. Deus mortuorum est Con-  
tradictio in adjecto, Deus enim, qui est ipsa vita,  
hominem creavit ad vitam æternam Sap. 2. v. 23.  
per Filium suum homines redemit ad vitam æter-  
nam. Igitur qui negat, homines æternum vi-  
vere, negat Deum ipsum Creatorem & Redem-  
torem. Deus mortuorum, & Deus viventium,  
sunt Contrarie opposita. Mortui æquivoce dicun-  
tur vel illi, quorum animæ à corporibus solutæ  
sunt, vel non existentes, ut Sadducæi volebant,  
mortuorum animas simul & corpora in morte  
planè perire & annihilari ut brutorum. Vid. Jo-  
seph. l. 18. A. J. c. 2. & de B. J. c. 7. Vivens est ter-  
minus Concretus, cujus Abstractum est vita seu vi-  
talitas.*

Do-

Verf. 33.

*Doctrina Christi est Genus, Species sunt Lex & Evangelium. Doctrina est Accidens Prædicamentale; Doctus autem Accidens Prædicabile. Turba est in nullo Prædicamento, quia est Ens per aggregationem. Obstupescere est Affectus five Passio. Doctum esse, & indoctum esse, privative opposita sunt.*

\* \* \* \* \*

CAPUT II.

*De Enunciationibus, quæ in hõc textu occurrunt, & juxta lib. 2. Log. enucleandæ.*

**V**idimus terminos simplices; Sequitur ut ab iis ad Composita progrediamur, i. e. ut Enunciationes quoq; evolvamur, quæ hîc vel explicitè vel implicitè ponuntur. Idq; docet Logicæ liber secundus. Quemadmodum is non est Orator, qui vocabula tantum Grammaticè intelligit, quid significant, cujus sint Partis, Declinationis, Generis, Numeri, Temporis &c. sed Oratoris munus est, ut vocabula plura collecta noverit Latinorum more aptè & concinnè disponere, cuiq; tribuendo suum locum, & deinde ritè ordinata pondere verborum & rerum suo tempore proferre, dicendi quoq; gravitate animos auditorum movere; Ita nemo dicendus est Logicus, qui tantum didicit, in quò Prædicamento & qualis hic vel ille sit terminus, legitima quoque, ordinata, & artificiosa in eò requiritur dispositio terminorum, quæ vocabula pertineant ad Subjectum, quæq; ad Prædicatum.

Hæc

Hæc dispositio proxima est Syllogismi materia. In textu nostrô sequentes inveniuntur Enunciationes :

Verf. 23.

1. *Sadducei accedunt ad Christum.* In hæc Enunciatione vocab. *Sadducei* constituit Nomen seu Subjectum; *accedunt ad Christum*, Verbum seu Prædicatum; Et quanquam Copula deesse videatur, latet tamen in Verbo seu Prædicato, quod si resolvitur, hæc erit Propositio: *Sadducei sunt accedentes s. qui accedunt ad Christum.* Hæc verba; *In illa die*, non pertinent ad Subjectum, sed ad descriptionem Prædicati. 2. *Sadducei interrogant Christum.* Hæc Propositio est ejusdem naturæ cum præcedente. 3. *Sadducei dicunt, non esse resurrectionem.* Hic *Sadducei* iterum stant locô Nominis s. Subjecti, reliqua verba: *Dicunt, non esse resurrectionem*, vel si copulam mavis explicitè poni: *Sunt dicentes s. qui dicunt, non esse resurrectionem, Verbum s. Prædicatum.* Quando dico: *Sadduceus* est nomen quadrisyllabum, & generis Masc. terminus tò *Sadduceus* sumitur per *Suppositionem materialem*; Cum verò per *Sadduceos* intelligo sectam illam Judæorum, quæ resurrectionem negabat, est *suppositio formalis*, eaq; propria & singularis Nott. p 320. Hæc omnia ex Cap. 1. 4. *Sadducei dicunt, non esse resurrectionem*, est Enunciatio *Affirmativa infiniti Prædicati* ex Cap. 2. 5. *Sadducei accedunt ad Christum*, est Enunciatio *indefinita*. 6. *Omnes Sadducei dicunt, non esse resurrectionem*, est *Universalis* Cap. 3. *Sadducei accedunt ad Christum*; Si quærat: *Quæ?* Resp. est *Categorica s. Simplex*: *Qualis?* *Affirmativa*: *Quantita?*

ta? *Indefinita* juxta Matth. sed apud Lucam dicitur, quod quidam fuerint Sadducæorum, Ergo est *Particularis*. Si modum velis apponere ex quatuor ab Autore recensitis, dicendum erit: 7. *Contingens fuit* (s. accidit) ut Sadducæi accederent ad Christum. 8. *Impossibile est mortuos resurgere*, erat impia Sadducæorum sententia, ex Cap. 4. 9. *O. Judæi exceptis Sadducæis credunt resurrectionem*; Est *Exceptiva*, quæ ita exponitur: N. Sadducæi credunt resurrectionem: O. Judæi, qui non sunt Sadducæi, credunt resurrectionem. 10. *Soli Sadducæi inter Judæos dicunt, non esse resurrectionem*; est *exclusiva*, quæ ita resolvitur: O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem: O. Judæi, qui non sunt Sadducæi, dicunt, esse resurrectionem. 11. *Sadducæi magis sunt increduli, quàm reliqui Judæi*, est *Comparativa*, quæ sic exponenda: Judæi sunt increduli: Sadducæi magis sunt increduli, quàm reliqui Judæi. 12. *Sadducæi quatenus dicunt non esse resurrectionem, sunt increduli*, est *Enunc. Restrictiva Specificativa*. 13. *Sadducæi quatenus sunt Sadducæi, i.e. discipuli Magistri & antesignani sui Sadok, sunt sectarii*, est *Restrictiva Reduplicativa*, ex Cap. 5. 14. *Sadducæi accedunt ad Christum, & interrogant eum*, est *Enunciatio Copulativa* ex Cap. 6. 15. *Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem: Christus & Moses dicunt, esse resurrectionem*. Sunt *Propositiones Subcontrariae*, quia respectu hominum utraq; est *particularis*. 16. *O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem, & Q. Sadducæi non dicunt, non esse resurrectionem, sunt Contradictoriae*: Sin locò *particularis* opponas ita: N. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem, erunt *Contrariae*

Cap.



Cap. 7. 17. *O. Sadducei dicunt, non esse resurre-  
ctionem; Hæc ita per Accidens convertitur: Q.  
qui dicunt, non esse resurrectionem, sunt Sadducei,  
Cap. 8.*

Verf. 24.

1. *Moses dixit, est Enunciatio simplex.* 2. *Si  
quis mortuus fuerit non habens filium, ducat frater  
ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo, est  
Composita, quæ Logicè ita effertur: Frater de-  
mortui fratris non habentis filium est is, qui ducere  
debet uxorem relictam, & suscitare semen fratri  
suo. Tò Moses h. l. ponitur per Suppositionem for-  
malem, propriam & personalem, tò frater verò per  
suppositionem formalem communem, vid. Nott.  
p. 320. ex Cap. 1. Moses dixit, est Enunciatio Af-  
firmativa simplex Cap. 2. Singularis. 3. Qui-  
dam moriens non habet filium, est Particularis.  
4. *Si quis mortuus fuerit non habens filium &c.*  
Hæc lex est specialis, nec ad omnes homines spe-  
ctat, sed tantum eos maritos, qui morientes non  
relinquunt filios, nec pertinet ad omnes gen-  
tes, sed tantum Judæos, quod ipsi Sadducei pro-  
fidentur juxta Marcum & Lucam dicentes: *Mo-  
ses scripsit nobis; adeoq; & Enunciationem con-  
tinet specialem seu particularem Cap. 3. Moses  
dixit, si quæritur: Quæ? Resp. Est Enunc. Ca-  
tegorica s. simplex. Qualis? Affirmativa. Quan-  
ta? Singularis.* 5. *Possibile est, virum non haben-  
tem filium mori.* 6. *Necesse est (necessitate nim.  
legis divinæ positivæ) fratrem ducere uxorem fra-  
tris defuncti, qui non reliquit filium.* 7. *Contin-  
git, conjuges habere liberos, Cap. 4.* 8. *Christus  
fuit Magister; Moses verò Minister, est Enunciat.  
Comparativa.* 9. *Moses, qt. fuit nuncius Dei ad  
po-**

populum suum, dixit, est Restrictiva Specificativa.  
 10. Solus frater ducere debet fratris sine filio de-  
 fundi uxorem, est exclusiva exclusi subjecti Cap. 5.  
 Si quis mortuus fuerit non habens filium, frater ejus  
 & c. est Hypothesica s. Conditionalis. Frater du-  
 cat uxorem fratris defuncti, & suscitet semen fratri  
 suo, est Copulativa Cap. 6. Si quis huic 11. O. sine  
 filio defuncti frater ducere debet uxorem fratris re-  
 lictam, quæ in V. T. valuit, opponere velit hanc  
 N. T. Nullius defuncti frater ducere debet uxorem  
 fratris demortui; Logicè peccabit, quia veræ  
 Oppositionis termini ad idem quoq; tempus re-  
 ferri debent, vid. Cap. 7.

Vers. 25.

1. Erant apud nos septem fratres. Hæc Enun-  
 ciatio est 2. Adjecti, quia Prædicatum latet in  
 Verbo Substantivo erant, nim. existentes s. bi-  
 bentes, ut tota sic se habeat: Septem fratres erant  
 apud nos bibentes s. existentes. Unde: Septem  
 fratres sunt Subjectum, reliqua verba Prædica-  
 tum. 2. Primus frater duxit uxorem, s. fuit du-  
 cens uxorem, est tertij Adjecti. 3. Primus frater  
 est defunctus uxore ductâ. 4. Primus frater non  
 habuit semen s. fuit non habens semen. 5. Primus  
 frater reliquit uxorem fratri suo, s. fuit relinquens  
 uxorem fratri suo Cap. 1. Primus duxit uxorem,  
 similiter secundus & tertius, usq; ad septimum, sunt  
 meræ singulares Cap. 3. Erant apud nos septem  
 fratres, est Contingens, ut & hæc: Primus duxit  
 uxorem, Item: Defunctus reliquit uxorem fratri  
 suo, Cap. 4. 6. Frater ut frater non potest relin-  
 quere fratri uxorem suam, est Reduplicativa.  
 7. Frater qd. non habet filium, relinquit fratri uxo-  
 rem suam, est Specificativa, Cap. 5. 8. Primus è  
 septem

ptem fratribus duxit uxorem, & defunctus est, ac non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo, est Copulativa, Cap. 6. 9. Maritus moriens non habens semen relinquit uxorem suam fratri suo: Maritus moriens habens semen non relinquit uxorem suam fratri suo, sunt Subcontraria. 10. Defunctus non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo: Uxor fratris filiorum expertis post ejus mortem venit in matrimonium alterius fratris: Frater post mortem fratris, qui non habet filium, ducere debet ejus uxorem. Hæ tres Propositiones sunt materialiter equipollentes, Cap. 7.

Verf. 26.

Redeunt eadem Propositiones in hoc versu, quæ fuerunt in præced. nisi quod quinta de ultimo fratre non procedat.

Verf. 27.

In hoc versu duæ sunt Enunciationes: Mulier (Subjectum) est defuncta nobissime omnium (Prædicatum) Cap. 1. Singularis verò est juxta Cap. 3. 2. Necessè est, tandem omnes homines mori, Cap. 4.

Verf. 28.

1. Cujus è septem illis erit uxor? Non est Enunciatio Logica, quia est Interrogativa. 2. Omnes habuerunt eam, est Enunciatio Logica, licet Subjectum nullum adesse videatur, subintelliguntur enim fratres, Cap. 1. Omnes habuerunt eam, est Universalis, tò omnis enim hîc sumitur distributive i.e. quilibet eorum, Cap. 3. 3. Contingens fuit, ut omnes habuerint eam Cap. 4. 4. Uxor illa in resurrectione aut erit unius è septem fratribus, aut omnium, aut nullius, est Disjunctiva Cap. 6. 5. O. habuerunt eam, & : Q. non habuerunt eam, sunt

Coe-

*Contradictoria* Cap. 7. 6. *O. fratres habuerunt eandem uxorem* sc. successivè. *E. Quidam, qui habuerunt eandem uxorem, sunt fratres.* Est *Conversio per Accidens* Cap. 8.

Verf. 29.

1. *Jesus respondit & ait illis.* 2. *Erratis.* Hæc unica vox constituit *Enunciationem*, quæ ita resolvitur: *Vos Sadducei estis errantes.* Nott. p. 3. *Vos Sadducei estis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei* Cap. 1. *Nescitis Scripturas, neque virtutem Dei.* Hæc duplex negatio non facit *Affirmationem Grammaticè*, ut aliàs in *Grammaticæ* docetur, & apud *Latinos* in usu est, quoties duæ negationes in una eademq; clausula occurrunt; nam hoc in loco negationes speciales habentur, quæ nihil invicem derogant. Utrumq; enim de *Sadducæis* negatur seu removetur, & intelligentia *Scripturarum*, & intelligentia *divinæ virtutis* seu *omnipotentia*: Resolvetur tamen in *affirmativam*, si dixeris: *Vos estis nescientes Scripturas, & virtutem Dei* Cap. 2. 4. *Erratis, nescientes Scripturas neq; virtutem Dei.* Hæc Propositiones formaliter quidem *indefinitæ*, sed materialiter *universales*, vid. Nott. p. 367. & Cap. 3. *Nescitis Scripturas, est Categorica, Affirmativa, Indefinita* Cap. 4. 5. *Virtus Dei est major, quam Intellectus humanus, est Comparativa* Cap. 5. *Erratis nescientes Scripturas, neq; virtutem Dei, est Copulativa* Cap. 6. 6. *O. sunt nescientes Scripturas: N. sunt nescientes Scripturas, Contrariè opponuntur.* Posteriori materialiter æquipollet hæc: *Omnes à Deo sunt Docti; Sin contradictione opponere velis, hæc erit oppositio: Quidam non sunt nescientes Scripturas* Cap. 7,

Verf.

## Vers. 30.

1. Nulli resurgentes matrimonium contrahunt aut elocantur. 2. Resurgentes sunt sicut Angeli Dei in caelo, Cap. 1. Prior est Negativa, altera Affirmativa ex Cap. 2. 3. In resurrectione homines neq. matrimonium contrahunt, neq. elocantur, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo. Hæ propositiones formaliter sunt indefinitæ, sed materialiter univesales vid. Nott. p. 367. & Cap. 3. 4. Necessè est, ut resurgentes matrimonium non contrahant (quia sc. sunt sicut Angeli Dei in caelo) Cap. 4. 5. Homines resurgentes qd. non contrahunt matrimonium, neq. elocantur (non quat. fœmineus sexus mutatur in masculinum, ut turba Scholasticorum, & cum iis Grotius somniat, de quâ sententiâ vid. Dannh. in Hodof. p. 1458. sq.) sunt sicut Angeli Dei in caelo; Est Enunciatio Restrictiva Specificativa Cap. 5. 6. Neq. matrimonium contrahunt, neq. elocantur, est Copulativa. 7. Neq. matrimonium contrahunt, neq. elocantur, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo, est Adversativa Cap. 6. 8. Filij hujus seculi ducunt uxores & nuptum dant Luc. 20. v. 34. &: Resurgentes neque matrimonium contrahunt, neq. elocantur. In his Propositionibus nulla est Oppositio, quia non dicitur de eodem tempore. 9. N. resurgentes matrimonium contrahunt: Q. resurgentes matrimonium contrahunt, sunt Contradictoria. Item 10. O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in caelo: Q. resurgentes non sunt sicut Angeli Dei in caelo, Cap. 7. 11. N. mortuus aut resurgens habet uxorem: E. N. qui habet uxorem, est mortuus aut resurgens, Est Conversio simplex Cap. 8.

## Vers. 31.

1. De resurrectione mortuorum non legistis, quod vobis dictum est à Deo? Hæc verba non continent formaliter Enunciationem Logicam, quia sunt interrogativa Cap. 1. 2. Q. Judæi non legerunt Scripturas S. E. Q. qui non legerunt Scripturas S. non sunt non Judæi, est Conversio per Contrapositionem. Sic quoque de Pontiff. dicere licet: Q. Pontiff. non legerunt Scripturas S. E. Q. qui non legerunt Scripturas S. non sunt non Pontificij, seu quod eodem recidit, nihilominus sunt Pontificij, Cap. 8.

## Vers. 32.

1. Ego (Subjectum) sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob (Prædicatum) 2. Deus non est Deus mortuorum. 3. Deus est Deus viventium. 4. Quorumcumque Deus est Deus, illi non sunt mortui, sed vivunt. 5. Quicumque est Deus Abrahami, Isaaci, & Jacobi post eorum mortem, ille animas eorum adhuc conservat, eorumque corpora à mortuis resuscitabit. Hæc consequentiâ probatur, quia Deus hic se non tantum vocat Elohim, sed & tremendum illud nomen יהוה ad mortuos extendit, observante Heinsio in h. 1. quod divinum nomen ut in DEO absolutissimam Essentiam indicat & omnis Essentiæ conservationem, ita Deus eò nomine promittit, essentiam hominis in morte quoque non interituram, qui & in morte hominum sit Jehova & Conservator. 6. Qui post mortem suam adhuc Deum habent, illi vivunt & non interierunt prorsus. 7. Deus, qui est & manet Deus Abrahami, Isaaci, & Jacobi, postquam vitæ functi sunt, est Deus illorum, quæ vivunt, seu viventium, non mortuorum Cap. 1. Deus

non est Deus mortuorum, est Negativa. Deus est  
 Deus viventium, Affirmativa Cap. 2. Ego sum  
 Deus Abraham, Isaac & Jacob. Deus non est De-  
 us mortuorum: Deus est Deus viventium. Hæ  
 omnes sunt Singulares, Cap. 3. 8. Impossibile  
 est, Deum esse Deum mortuorum. 9. Necessè est,  
 Deum esse Deum viventium, Cap. 4. 10. Solus  
 Deus Abraham, Isaac, & Jacob est verus Deus, est  
 Exclusiva exclusi Subjecti. 11. Deus Abraham,  
 Isaac & Jacob, est Deus tantum viventium, est Ex-  
 clusiva exclusi Prædicati. 12. Solus Deus Abra-  
 ham, Isaac, & Jacob est Deus tantum viventium,  
 est Exclusiva exclusi Subj. & Præd. Vid. Nott.  
 p. 401. & Cap. 5. 13. Deus non est Deus mortuo-  
 rum, sed viventium, est Adversativa Cap. 6. Deus  
 est Deus Abraham, Isaac & Jacob, & Deus non  
 est Deus mortuorum, sunt apparentur contradi-  
 ctoria, Abraham enim, Isaac & Jacob erant tum  
 mortui, & tamen Christus affirmat, Deum ad-  
 huc esse eorum Deum. Adde quod Paulus  
 Rom. 14. v. 9. disertè dicit, Christum (qui est ve-  
 rus Deus) mortuorum esse Deum ac Dominum.  
 Resp. verò, quod Christus hîc per mortuos non  
 intelligat eos, quorum animæ à corporibus per  
 mortem temporalem sunt solutæ; sed qui pla-  
 nè desierunt esse & existere, & quorum neq; ani-  
 mæ neq; corpora post mortem supersunt, qua-  
 lem mortuorum annihilationem fovebant Sad-  
 duccæi teste Josepho l. 2. de B. J. c. 7. Deus verus est  
 Deus mortuorum: Deus verus est Deus viventium,  
 sunt Contrariè opposita. 14. Quic. est Deus Abra-  
 ham, Isaac & Jacob, ille est verus Deus: Quic. est  
 Deus non mortuorum sed viventium, ille est verus  
 Deus: Sunt Propositiones materialiter equipol-

quod  
 nent  
 lunt  
 runt  
 as S.  
 sitio-  
 Pon-  
 lege-  
 quod  
 Ca.

Deus  
 non  
 ium.  
 ortui,  
 Isaa-  
 rum  
 susci-  
 Deus  
 men-  
 ndit,  
 num  
 ffen-  
 nem,  
 omi-  
 & in  
 ator.  
 t, illi  
 , qui  
 cobi,  
 à vi-  
 Deus  
 72078

lentes. 15. *Necesse est, Deum biventium esse verum Deum, &: Deus biventium necessario est verus Deus, sunt formaliter equipollentes, Cap. 7.*  
 16. *Quorum Deus est Deus, illi non sunt mortui. E. Quic. sunt mortui, illorum Deus non est Deus, est Conversio simplex, Cap. 8.*

Verf. 33.

1. *Turbæ audierunt.* 2. *Turbæ obstupuerunt de doctrinâ Christi, Cap. 1. Utraq; est Affirmativa Cap. 2. Indefinita Cap. 3.* 3. *Contigit, ut turbæ obstupescerent Cap. 4.* 4. *Turbæ magis commotæ sunt doctrinâ Christi, quàm Sadducei Doctores, est Comparativa Cap. 5.* 5. *Cum turbæ hæc audivissent, obstupuerunt, est temporalis. vid. Nott. p. 418. & Cap. 6.* 6. *Quædam turbæ obstupescunt de doctrinâ Christi. E. Q. obstupescentes de doctrinâ Christi sunt turbæ, est Conversio simplex.* 7. *Q. turbæ non obstupescunt de doctrinâ cælesti. E. Q. non obstupescentes de doctrinâ cælesti non sunt non turbæ, est Conversio per contrapositionem Cap. 8.*

C A P U T III.

*De Syllogismis & Argumentationibus textûs nostri juxta lib. 3. Logicæ.*

**H**Abuimus terminos simplices tanquam materiam Syllogismorum remotam; vidimus quoq; Enunciationes ceu materiam proximam. Reliquum ergò est, ut & dispiciamus, quò ordine eadem sint ponendæ, quique Syllogismi ex hòc textu formari possint, quibusq; pugnent tam Christus quàm Sadducei. Vox verò diabolica sanè fuit, quandò *Contierus Jesuita*, referente Wegelino in *Relat. Colloqv. Dur-*



Durlacensis f. 29. blasphemè pronunciauit,  
*Hanc Christi Consequentiam in nostro textu fuisse  
 frivolum, nullam, & ad demonstrandum ineptiam.  
 Omnes Lutheranos intra biennium non offensuros in  
 Christi verbis legitimam Consequentiam. Cui non  
 absimilis fuit Perronius, qui l. 3. contra Jacob.  
 Angliæ Reg. p. 775. (allegante Prücknero in  
 Vindic. Bibl. ad Matth. 22. v. 33.) impiè scri-  
 psit: Populos admiratos fuisse Christi argumentum  
 tanquam rem novam, non tanquam rem solidam.  
 Increpet te Dominus, Satan! Sic Sapiëntia ju-  
 stificatur à filiis suis. Quis quæso sanæ mentis  
 concipere potest Solem sine lumine? Mare sine  
 aquâ? Filium Dei æternum λόγος sine Logicâ  
 scientiâ? Ex hoc itaq; capite luce meridiana clari-  
 or erit optima Christi, firmissima & invicta ar-  
 gumentatio. Antequam verò dictis idiotis,  
 cum sociis suis, more Sadducæorum, Scripturam  
 non legentibus, adeoq; multum errantibus pul-  
 pamento Logicæ nostræ formalem ac legitimam  
 Christi argumentationem in ora ingeramus,  
 juvat prius audire B. Dannhauerum de hac Chri-  
 sti Disputatione in Polemosophiâ suâ p. 183. sqq.  
 ita differentem: Tertia Christi disceptatio fuit  
 cum Sadducæis de resurrectione, quam adver-  
 sarii ita impugnabant: Id dogma absurdum est, è  
 quo enorme absurdum sqtr. At dogma de resur-  
 rectione hujusmodi est dogma, è quo enorme  
 absurdum sequitur. E. est absurdum. Absur-  
 dum toties iteratâ ἐπιζαμβένσι accidisse, quod  
 una mulier septem fratribus successivè nupse-  
 rit. Si datur resurrectio, E. aut septem mari-  
 tis simul cohabitabit una mulier, aut uni ma-  
 rgis, quam alteri, cui autem? Resp. Christus:*

Nulli. Nam qui futuri tunc sunt *ισαγγελοι*, illi ad generis sui propaginem conjugio non indigebunt. At tales sunt omnes filii alterius seculi. Videri vultis, o Sadducæi, Scripturarii h. e. Scripturæ (non tantum Mosaicæ, quod quibusdam olim placuit, etiam magno Athanasio orat. i. contra Arian. p. 113. sed universæ. Num enim Judæi Sadducæos tolerassent in Synagogis, in quibus lex & Prophetæ lecti? &c.) strenui cultores, & Scripturam nescitis de resurrectione mortuorum attestantis? Agite, quod nescitis, discite, nam mortuos excitari etiam Moses *ἐμύησεν* (per consequentiam) indicavit: Omnis is, cujus Deus Deus est eritq; in æternum (tanquam Jehova *ὁ ὢν καὶ ἐσόμενος*) est capax beatitudinis æternæ, consequenter non est *ἀνώπερκει*, nec in morte manebit, sed si mortuus est morte temporali, reviviscet. At Abraham, Isaac & Jacob (non sola anima, sed ipsa persona composita Abrahami, Isaaci, & Jacobi) est is, cujus Deus Deus est. E. Abraham, Isaac & Jacob (non sola anima, sed persona composita) est capax beneficiorum æternorum, consequenter in morte non manebit, sed si mortuus est, reviviscet. Subsumas hinc licet quemlibet alium, cui Deus Deus fuit, est, erit, adeoq; temet & quemvis alium fidelium. Utraque præmissa est Scripturæ S. expressa; nam quod *Majorem* attinet, clare sunt sacræ literæ: Beatus populus, cui Jehova est Deus Ps. 144. v. 15. idq; vi fœderis divini Sadducæis non ignoti, cujus hæc formula: Ero Deus vester, & vos eritis mihi populus. Deum non pudet cognominari Deum eorum, qui futuram patriam

quæ-

quarunt, hic extorres, qui nihil in hac vita su-  
 pra ceteros homines eximium adeò receperant,  
 propter quod Deus tam peculiariter ipsorum  
 Deus dici debeat: imò multi improbi aut mi-  
 nus probi in Ægypto, Cananæâ, atq; alibi vi-  
 tam terrenam haud paulò feliciter egere Ebr. II.  
 v. 16. Item: Jehova Deus meus, non morie-  
 mur Hab. I. v. 12. Rursus, Deus non est Deus  
 mortuorum h. e. in morte manentium, aliàs est  
 & mortuorum Deus, sed vivorum, h. e. non so-  
 lum æternæ mortis securorum, sed & reverà  
 vivorum Deo, Luc. 20. v. 38. Nam si quis re-  
 verà mortuus est, & tamèn Deo non est mortu-  
 us, sive à Deo non habetur pro mortuo, is uti-  
 que aliquandò reviviscet, vid. Marc. 5. v. 39. Si-  
 cut Adam, quo die peccavit, Deo mortuus est  
 i. e. certissimè morietur; ita Abraham fidelis  
 Dei servus, quo die mortuus est, Deo vixit, E.  
 certissimè revicturus. *Minor* luculenta extat  
 Exod. 3. v. 6. concepta non de solâ animâ Abra-  
 hæ &c. sed totâ personâ composita, cum quâ fœ-  
 dus initum, fœderis sigillo in corpore relicto,  
 cui mors & vita propriè competit: Vita in-  
 quam beata etiam in corpore, quod ut organum  
 fuit virtutis, etiam ut subjectum præmiî sit, par-  
 est. Cum igitur utraq; præmissa sit revelata in  
 Scripturis, Conclusio utriusq; argumenti est  
 de fide divinâ &c. Hactenus Dannhauerus.

Verf. 23.

Jam ad ipsum textum, è quò primus Syllo-  
 gismus secundùm præcepta nostra est hic:

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

O. qui tunc ad Christum accedebant, eumque  
 interrogabant, erant Sadducæi.

b 5

E. O.

E. O. qui tunc ad Christum accedebant, eum-  
que interrogabant, dicebant, non esse  
resurrectionem.

In hoc Syllogismo duæ priores Propositiones  
vocantur Præmissæ, & quidem prima Major,  
secunda Minor, tertia verò Conclusio. *Dicere,  
non esse resurrectionem,* est terminus Major: *Qui  
tunc ad Christum accedebant, eumq; interrogabant,*  
est Minor: *Sadducæi* terminus Medius. Vid.  
Cap. 1. Est verò Syllog. hic 1. Fig. in modò *Bar-  
bara* ex Cap. 2.

O. Christiani dicunt, non esse resurrectionem.  
O. Sadducæi sunt Christiani.

E. O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectio-  
nem.

In hoc Syllog. utraq; Præmissarum est falsa, &  
vera tamen sequitur Conclusio, conf. Notr.  
p. 464.

Sadducæus est quadrifyllabum.

Qui ad Christum accedunt, & eum interrogant,  
sunt Sadducæi.

E. Qui ad Christum accedunt, & eum inter-  
rogant, sunt quadrifyllaba.

Item:

Quic. habet veram fidem, ille credit, esse resur-  
rectionem.

Sadducæi habent fidem (credunt enim in Deum  
Israelis, credunt verbo Dei & legi  
Mosis)

E. Sadducæi credunt, esse resurrectionem.

In his Syllogismis nulla est Consequentia, quia  
4. adsunt termini. vid. Cap. 1. Can. 2.

Seqq Syllogismi sunt in 1. Fig.

N. qui dicunt, non esse resurrectionem, credunt  
in

in verum Deum (quia Deus non est  
Deus mortuorum.)

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

E. N. Sadducæi credunt in verum Deum. In  
*Celarent.*

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

Q. Judæi sunt Sadducæi.

E. Q. Judæi dicunt, non esse resurrectionem.  
In *Darij.*

N. qui dicunt, non esse resurrectionem, habent  
veram fidem.

Q. Judæi dicunt, non esse resurrectionem.

E. Q. Judæi non habent veram fidem.  
In *Ferio.*

Hi sunt in 2. Fig.

N. qui credunt in verum Deum, dicunt, non esse  
resurrectionem.

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

E. N. Sadducæi credunt in verum Deum.

In *Cesare.*

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem,  
(seu, resurrectionem dari negant.)

N. qui credunt in verum Deum, dicunt, non esse  
resurrectionem.

E. N. qui credunt in verum Deum, sunt Sad-  
ducæi. In *Camestres.*

N. qui habent veram fidem, dicunt, non esse re-  
surrectionem.

Q. Judæi dicunt, non esse resurrectionem.

E. Q. Judæi non habent veram fidem. In  
*Festino.*

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem: seu,  
quod idem est, resurrectionem ne-  
gant:

Q. Judæi non dicunt, non esse resurrectionem, seu,  
non negant resurrectionem,

E. Q. Judæi non sunt Sadducæi. In *Baroco*.

In 3. Fig. sunt isti:

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

O. Sadducæi accedunt ad Christum, & eum in-  
terrogant.

E. Q. qui accedunt ad Christum & eum in-  
terrogant, dicunt, non esse resurre-  
ctionem. In *Darapti*.

N. Sadducæi dicunt, esse resurrectionem.

O. Sadducæi sunt Judæi.

E. Q. Judæi non dicunt, esse resurrectionem.  
In *Felapton*.

Q. Sadducæi sunt Sophistæ.

O. Sadducæi resurrectionem negant.

E. Q. qui resurrectionem negant, sunt So-  
phistæ. In *Disamis*.

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

Q. Sadducæi sunt Sophistæ.

E. Q. Sophistæ dicunt, non esse resurrectio-  
nem. In *Datisi*.

Q. qui dicunt, non esse resurrectionem, non sunt  
Judæi.

O. qui dicunt, non esse resurrectionem, sunt  
impii.

E. Q. impii non sunt Judæi. In *Bocardo*.

Quicumq; negant resurrectionem, non habent  
veram fidem.

Q. qui negant resurrectionem, sunt Judæi.

E. Q. Judæi non habent veram fidem, In  
*Ferison*.

Hæc ex Cap. 2.

Omnes Syllog. I. Fig. in *Barbara* & *Darij* conti-  
nent

nent *Dictum de Omni*, quia nihil licet sumere sub Subjecto, de quò non dicatur Prædicatum. Continent verò *actu*; cum in 2. & 3. Fig. tantum sit *potentiâ*, i. e. si isti Syllogismi debeant examinari ad *Dictum de Omni*, reducendi sunt ad 1. Fig. vid. Nott. p. 514. Omnes verò Syllogismi 1. Fig. in *Celarent & Ferio* continent *Dictum de Nullo*, quia nihil potest sumi sub subjecto, de quò non removeatur Prædicatum. Ex Cap. 3.

In præcedentibus Syllogismis necessaria est Consequentia, quia 1. Antecedens non potest esse sine Consequente (Cap. 4. Can. 1.) 2. negatio consequentis repugnat antecedenti (ibid. Can. 3.) Tum autem est vera & necessaria Consequentia, quando Consequens seu Prædicatum ex Definitione Subjecti seu Antecedentis est desumptum, ejusq; vel Genus est, vel Differentia Specifica. Ex Cap. 4.

Si Adversarius negaret Syllogismi supra in 2. Fig. in modo *Baroco* positi Conclusionem, quasi non sequeretur ex Præmissis; Contradictoria hujus Conclusionis ex sententia ejus assumenda esset loco Minoris, & Syllogismus in 1. Fig. ad modum *Barbara* ita formandus:

O. Sadducei dicunt, non esse resurrectionem.

O. Judæi sunt Sadducei.

E. O. Judæi dicunt, non esse resurrectionem.

Quod est apertè falsum, E. falsa erit vel Major, vel Minor Prop. non Major, quia Adversarius eam ante concessit, E. Minor, quæ est Adversarii. Si verò Syllogismus 3. Fig. in *Bocardo* positus reducendus esset ad modum *Barbara* in 1. Fig. talis esset:

b 7

O.

O. impii sunt Judæi.

O. qui dicunt, non esse resurrectionem, sunt impii.

E. O. qui dicunt, non esse resurrectionem, sunt Judæi.

Hæc Conclusio est falsa, dantur enim & alii, qui resurrectionem negant ut gentiles, Athei, Epicurei &c. E. hic Syllogismus magis procedit in 3. Fig. Ex Cap. 5.

Si formare velis *Syllogismos Modales* ex hoc versu, ita dicendum:

Contingit, Sadducæos accedere ad Christum, & eum interrogare.

Contingit, Sadducæos dicere, non esse resurrectionem.

E. Contingit, eos, qui dicunt, non esse resurrectionem, accedere ad Christum, & eum interrogare.

Sadducæi sic argumentabantur:

Impossibile est, à privatione ad habitum dari regressum.

Mors est privatio habitus, nim. vitæ.

E. Impossibile est, à morte ad vitam dari regressum.

Ex Cap. 6.

O. qui non legerunt Scripturam S. dicunt, non esse resurrectionem.

Soli Sadducæi inter Judæos non legerunt Scripturam S.

E. Soli Sadducæi inter Judæos dicunt, non esse resurrectionem. Est Syllog. *Exclusivus*.

N. Increduli salvantur.

O.



O. Sadducæi, quat. dicunt, non esse resurrectionem, sunt increduli.

E. N. Sadducæi quat. dicunt, non esse resurrectionem, salvantur. Est *Specificatibus*.

N. Sæctarii sunt è vitâ tollendi.

O. Sadducæi quat. sunt Sadducæi, sunt sæctarii.

E. N. Sadducæi, quat. sunt Sadducæi, sunt è vitâ tollendi. *Reduplicatibus*.

Ex Cap. 7.

Quic. accedit ad Christum, & interrogat eum, facit id vel studio discendi, vel animo tentandi.

Sadducæi accedunt ad Christum, & interrogant eum.

E. Sadducæi id faciunt vel studio discendi, vel animo tentandi. *Disjunctibus*.

Ex Cap. 8.

Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

E. sunt increduli. Est *Enthymema*, & deficit Major Prop.

Sadducæi dicendo, non esse resurrectionem, errant, & nesciunt Scripturam S. neq; virtutem Dei.

E. O. Hæretici errant, & nesciunt Scripturam S. neq; virtutem Dei. Est *Exemplum*.

O. Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem.

O. qui dicunt, non esse resurrectionem, errant, & nesciunt Scripturam S. neque virtutem Dei.

O. qui errant, & nesciunt Scripturam Sac.  
neq;

neque virtutem DEI, sunt Hæretici.

E. O. Sadducæi sunt Hæretici. Est Sorites.

Ex Cap. 9.

Verf. 24.

Vidua defuncti non habentis filium debet nubere fratri defuncti.

Hæc vidua habens filium est vidua defuncti.

E. Hæc vidua habens filium debet nubere fratri defuncti.

In hęc Syllog. sunt 4. termini, adeoq; nihil concludit, vid. Cap. . Can 3.

Verbum Mosis est verbum Dei.

Populum Israel non posse cibari carne, est verbum Mosis. Num. 11. v. 22.

E. Populum Israel non posse cibari carne, est verbum Dei.

In hęc Syllog. iterum sunt 4. termini, per verbum enim Mosis in Maj. Prop. intelligitur id, quod Moses locutus est ut legatus Dei & Propheta; in Minore verò, quod locutus est nudus homo peccator, adeoq; nihil sequitur. Sunt quoq; hic meræ partic. Cap. 1. Can. 7.

Hi Syllog. sunt in 1. Fig.

O, quod conducit ad conservationem generis humani, est bonum.

O. Conjugum conducit ad conservationem generis humani.

E. O. Conjugium est bonum.

O. qui moritur, est peccator (quia stipendium peccati est mors, Rom 6. v. 23.

O. homines moriuntur.

E. O. homines sunt peccatores, In Barbara.

N. qui

Qu  
cun  
pro  
cun  
ticu

N. qui moritur, est sine peccato.

O. homines moriuntur

E. N. homines sunt sine peccato. In *Ce-  
larent.*

Quicquid Moses dixit ut Propheta & legatus  
Dei, illud est verbum Dei 2. Pet. I. v. 21.

Atqui Moses ut Propheta & legatus Dei dixit  
legem de ducenda fratri vidua defuncti  
fratris sine filio.

E. hæc lex est divina. In *Darij.*

Nullum legitimum conjugium est damnan-  
dum.

Fratrem ducere fratris sine filio defuncti vi-  
duam, & suscitare semen fratri, est legi-  
timum conjugium.

E. non est damnandum. In *Ferio.*

In 1. Figura.

N. qui est sine peccato, moritur.

O. homo moritur.

E. N. homo est sine peccato. In *Cesare.*

&c.

In 3. Fig.

Moses est fidelis Dei servus.

Moses est legislator (autoritate nempe divi-  
nâ, non propriâ)

E. Q. legislator est fidelis Dei servus.

Moses est legislator.

Moses est Propheta.

E. Q. Propheta est legislator.

Quoniam subjectum in propositione singulari se-  
cundum totam suam extensionem sumitur, ideò  
propositio singularis convenientiam majorem  
cum universali propositione habet, quam cum par-  
ticulari, eoq; nihil obstat, quin dicamus, hos Syl-  
lo-

logismos esse in modo *Darapti*, & quidem expofitorios, vid. Nott. p. 526.

Poffibile est, virum non habentem filium mori.  
Primus è septem fratribus fuit vir non habens filium.

E. Poffibile fuit eum mori.

Necesse est, fratrem ducere uxorem fratris defuncti non habentis filium.

Frater secundus è septem fratribus fuit frater.

E. Necesse fuit, eum ducere fratris uxorem.

Necesse est, tandem omnes homines mori.

Septem fratres fuerunt homines.

E. Necesse fuit, eos tandem mori.

Contingit, conjuges habere liberos,

Abraham & Sara sunt conjuges.

E. Contingit, eos habere liberos.

Ex Cap. 6.

Solus frater ducere debet fratris sine filio defuncti relictam uxorem.

Septem mariti hujus foeminae sunt fratres, qui omnes sine filiis decesserunt.

E. soli hi fratres ducere debuerunt relictam uxorem. Est Syll. *Exclusibus*.

Nullius fratris licet ducere uxorem, nisi illius, qui non reliquit filium.

Atqui hi septem sunt fratres.

E. illis non licet, eandem ducere uxorem, nisi prior decesserit sine filio. *Exceptibus*,

Nullus minister est major suo magistro.

Moses fuit minister, & Christus magister.

E. Moses non fuit major Christo. *Comparatibus*. Ex Cap. 7.

Quod

Quod Deus præcepit, id Moses dixit.

Atqui Deus præcepit, fratrem ducere uxorem  
fratris sine filio defuncti.

E. Moses id dixit.

Quic. est peccator, ille est morti obnoxius.

O. homines sunt peccatores.

E. O. homines sunt morti obnoxii. Hi sunt  
*Assumptivi.*

Sadducæi Christum oppugnantes hunc *Syllogi-*  
*smum cornutum* fabricabant:

Aut Moses verbum est falsum, aut tuum (quia  
tu Mose es contrarius.)

Atqui Moses verbum est verum.

E. tuum est falsum (adeoq; & dogma de re-  
surrectione.)

Qui mortuo fratre non habente filium ducit  
ejus uxorem, & suscitatur semen fratri suo,  
ille facit secundum legem Moses.

Atqui septem apud nos erant fratres. & primus  
uxore ducti defunctus est, ac non ha-  
bens semen reliquit uxorem suam fra-  
tri suo, similiter secundus & tertius us-  
que ad septimum.

E. hi septem fratres fecerunt secundum le-  
gem Moses. Est *Copulativus*

Ex Cap. 8.

Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non ha-  
bens filium, ut ducat frater ejus uxo-  
rem illius.

E. fratribus primi è septem ducere licuit  
uxorem relictam. Est *Enthymema*

Ex Cap. 9.

Verf. 25.

Nulli qui vivunt, sunt mortui.

O. inb

exposi-

n mori.

habens

tris de-

frater.

is uxo-

ri.

lio de-

es, qui

relictam

illius,

uxorem,

excepti-

er.

Com-

Quod

O. qui in Christo moriuntur, vivunt, Joh. 5.  
v. 24.

E. N. qui in Christo moriuntur, sunt mortui. Est Syll. 1. Fig in *Celarent*.

Hæc uxor fuit fratris primi uxor.

Hæc uxor fuit fratris secundi uxor.

E. Q. uxor fratris secundi fuit uxor fratris primi.

Primus frater duxit uxorem.

Primus frater est defunctus.

E. Q. qui est defunctus, duxit uxorem.

Hi Syllogismi *expositorij* sunt 3. Fig. in *Darapti*, de quorum reductione ad 1. Fig. Nott. p. 526.

Ex Cap. 2.

N. frater ut frater i. e. sine speciali lege divina potest relinquere fratri uxorem suam.

O. fratres sub N. T. moriuntur ut fratres speciali illâ lege divinâ, quæ ad ceremoniam pertinet, abrogata.

E. N. frater sub N. T. relinquere potest fratri uxorem suam. Est *Restrictivus*.

Ex Cap. 7.

Si primus frater mortuus est non habens semen, reliquit uxorem fratri suo.

Antecedens verum est.

E. & Consequens.

Hic Syllog. *Hypotheticus* est, & ad 1. Fig. ita reduci potest:

O. qui mortuus est non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

Primus frater mortuus est non habens semen.

E. Primus frater reliquit uxorem suam fratri suo. Ex Cap. 8.

Pri-

Primus frater defunctus est, similiter secundus & tertius, usq; ad septimum, novissimè omnium defuncta est & mulier, & sic porro reliqui homines.

E. omnes homines moriuntur. Est *Inductio*.

Primus inter septem fratres reliquit uxorem suam fratri suo.

E & cæteris idem licuit. Est *Exemplum*.

Ex Cap. 9.

Verf. 26.

O. secundus sequitur immediatè primum.

O. tertius sequitur immediatè secundum.

E. O. tertius sequitur immediatè primum.

Quid ad hunc Syllogismum sit respondendum, vid. Nott. p. 474. quatuor utiq; terminis constat.

Verf. 27.

Si omnes homines sunt peccatores, omnes quoq; moriuntur.

Antecedens verum est.

E. & Consequens.

Est Syllog. *Hypotheticus*, qui ad 1. Fig. ita reduc.

Quic. sunt peccatores, moriuntur.

O. homines sunt peccatores.

E. O. homines moriuntur. Ex Cap. 8.

Verf. 28.

Impossibile est (impossibilitate nim. præcepti, licet non facti) plures habere eandem uxorem simul.

Septem fratres sunt plures.

E. Impossibile est, eos habere eandem uxorem simul.

Contingit, plures habere eandem uxorem (sc. successivè.)

Se-

Septem fratres sunt plures.

E. contingit, eos habere eandem uxorem  
(sc. successivè) Ex Cap. 6.

**Sadducæorum** verba redigi possunt vel in Syllog.  
*Hypotheticum:*

Si futura est resurrectio mortuorum, sequitur,  
quod quisq; potiturus sit conjugem  
suam.

Sed consequens est absurdum, quia omnes  
septem fratres eandem habuerunt uxore  
rem.

E. & antecedens, nim. dari resurrectio-  
nem.

Vel in *Disjunctivum:*

Aut hæc uxor in resurrectione erit unius è  
septem fratribus uxor, aut omnium,  
aut nulla est resurrectio.

Atqui non potest esse unius uxor, quia omnes  
habuerunt eam, necq; omnium, quia  
Polygamia cessabit.

E. nulla est resurrectio. Ex Cap. 8.

Vel in *Enthymema:*

Omnes septem habuerunt eandem uxorem.

E. unius ex his in resurrectione erit uxor.

Dic ergò cujus, si resurrectio est futura?

Ex Cap. 9.

Verf. 29.

O. Hæreticus errans nescit Scripturam S.

O. Viator devians errat.

E. O. Viator devians nescit Scripturam S.

In hoc Syllog. sunt 4. termini vid. Cap. 1. Can. 3.

O. qui nescit Scripturam S. errat.

O. Hæretici nesciunt Scripturam S.

E. O. Hæretici errant.

Sic:



Sic:

- O. qui nescit virtutem Dei, errat.
- O. gentiles & extra Ecclesiam viventes nesciunt virtutem Dei.
- E. O. gentiles & extra Ecclesiam viventes errant.

Item:

- O. qui nescit Scripturam, neq; virtutem Dei, errat.
- O. Sadducæi nesciunt Scripturam S. neq; virtutem Dei.
- E. O. Sadducæi errant.

Hi tres Syllog. sunt 1. Fig. in modo *Barbara*.

- N. qui sequntur Scripturam S. in fundamento fidei errant.
- O. veri Lutherani sequntur Scripturam S.
- E. N. veri Lutherani in fundamento fidei errant. In *Celarent*.

O. qui errat, nescit Scripturam S.

Q. doctus errat.

E. Q. doctus nescit Scripturam S. In *Darii*.

N. qui Scripturam S. sequitur, in fide errat.

Q. doctus sequitur Scripturam S.

E. Q. doctus non errat in fide. In *Ferio*.

In 2. Figura:

O. qui sunt veri Lutherani, sequntur Scripturam S.

N. qui errant in fundamento fidei, sequntur Scripturam S.

E. N. qui errant in fundamento fidei, sunt veri Lutherani. In *Camestres*.

N. qui in fide errant, sequntur Scripturam S.

Sic:

Q. do-

Q. docti sequuntur Scripturam S.

E. Q. docti in fide non errant. In *Festino*.

In 3. Fig.

Sadducei nesciunt Scripturam S.

Sadducei errant.

E. Q. qui errant, nesciunt Scripturam S.  
In *Darapti*.

Hic *expositorius* Syllog. si reduci debet ad 1. Fig.  
Minor est convertenda, vid. Nott. p.

N. qui Scripturam S. sequuntur, in fide errant.

N. qui Scripturam S. sequuntur, sunt docti.

E. Q. docti in fide non errant. In *Felapton*.

O. qui errant, nesciunt Scripturam S.

Q. qui errant, sunt docti.

E. Q. docti nesciunt Scripturam S. In *Datisi*.

N. qui Scripturam S. sequuntur, in fide errant.

Q. qui Scripturam S. sequuntur, sunt docti.

E. Q. docti in fide non errant. In *Ferison*.

Ex Cap. 2.

Si Syll. 2. fig. in *Camestres* juxta ductum B. Auctoris reducendus esset per *Contrapos.* ita formandus:

O. qui non sequuntur Scripturam S. sunt non veri Lutherani.

N. qui errant in fundamento fidei, sequuntur Scripturam S.

E. N. qui errant in fundamento fidei, sunt veri Lutherani.

Nim.

Nim. Major sic convertatur, ut ex terminis finitis  
fiant infiniti. Ex Cap. 3.

Virtus Dei est major, quàm Intellectus hu-  
manus.

Resuscitatio mortuorum est virtus Dei.

E. Resuscitatio mortuorum est major,  
quàm Intellectus humanus, vel: Ho-  
mo naturaliter non potest cognoscere  
mortuorum resurrectionem. Est *Com-*  
*paratibus* Cap. 7.

Verf. 30.

Qui sunt sicut Angeli Dei in cælo, sunt essen-  
tiæ spirituales.

Resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cælo:

E. resurgentes sunt essentiæ spirituales.

In hoc Syll. sunt 4. termini, nam *esse sicut Angelè  
Dei in cælo* in *Majore Prop.* sumitur absolutè de  
omnimodâ æqualitate, sed in *Minore* ponitur  
pro identitate secundùm quid seu qualitatis, non  
essentiæ, & quidem pro eâ qualitate, quâ non con-  
trahunt matrimonium. Sic quoq; hic nihil pro-  
bat:

Qui sunt sicut Angeli Dei in cælo, sunt beati.

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cælo.

E. O. resurgentes sunt beati.

Nam *esse sicut Angeli Dei in cælo* hic in *Maj. Prop.*  
includit beatitudinem æternam; in *Minore* ve-  
rò denotat tantùm ingenerabilitatem, ad oq; sunt  
4. termini. Ejusdem generis & iste est:

Quic. in resurrectione neque matrimonium  
contrahunt, neq; elocantur, sunt sicut  
Angeli Dei in cælo.

O. Monachi & Moniales neq; matrimonium  
contrahunt, neq; elocantur.

c

E. Mo-

Nim.

E. Monachi & Moniales sunt sicut Angeli  
Dei in cœlo.

In hœc Syllog. Medius terminus in Maj. Prop.  
est: Qui in resurrectione matrimonium non  
contrahunt; in Minore verò simpliciter dicitur  
de iis, qui matrimonium non contrahunt, sine  
restrictione temporis; hinc 4. termini. Deniq̃  
& in hœc:

Qui resurgunt, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.  
Qui manè evigilant, è cubili se erigunt, &  
vestimenta induunt, illi resurgunt.

E. qui manè evigilant, è cubili se erigunt,  
& vestimenta induunt, sunt sicut An-  
geli Dei in cœlo.

Hic Æquivocatio est in vocab. *resurgunt*, quod in  
Majore notat resurrectionem è sepulchro, in Mi-  
nore verò resurrectionem è cubili. Ex Cap. I.  
Can. 2. & 3.

N. resurgentes contrahunt matrimonium.  
N Angeli sunt resurgentes.

E. N. Angeli contrahunt matrimonium.

Hic Syll. constat ex puris Negativis, è quibus  
aliàs nihil sequitur juxta Cap. I. Can. 6. quando  
tamen id accidat, vid Nott. ad h. l.

Q. mortui resurgent ad vitam æternam.  
Q. conjuges sunt mortui.

E. Q. conjuges resurgent ad vitã æternam.

Hic constat ex meris particularibus, ex quibus  
nihil sequitur juxta Can. 7. Conf. tamen Nott.  
ad eund. Si ex h. l. probare velim, ἰσαγγελίαν  
non consistere in Angelicã felicitate, optimè id  
fer in 3. fig. in *Bocardo* h. m.

Q. resurgentes non fruentur vitã æternã.

Q. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cœ-  
lo.

E. Q.

E. Q. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo,  
non fruuntur vitâ aternâ.

Conclusio debet sequi partem debiliorem ex  
Cap. 1. Can. 9

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in  
cœlo.

O. homines sunt resurgentes.

E. O. homines sunt sicut Angeli Dei in  
cœlo.

O. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, non  
contrahunt matrimonium (NB. Hæc  
Propositio non est negativa, sed affir-  
mativa infiniti Prædicati, pro, sunt  
non contrahentes matrimonium.)

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in  
cœlo.

E. O. resurgentes non contrahunt matrimo-  
nium s. sunt non contrahentes matrimo-  
nium.

Qui non ultra mori possunt, non contrahunt  
matrimonium, neq; elocantur. (Hæc  
Major probatur ex fine conjugii, qui  
est conservatio speciei, cessante autem  
fine, cessat actus)

Omnes resurgentes ultra mori non possunt  
Luc. 20. v. 36.

E. O. resurgentes non contrahunt matrimo-  
nium neq; elocantur.

Hi Syllogismi sunt in 1. fig. in *Barbara*.

N. qui contrahunt matrimonium, sunt si-  
cut Angeli Dei in cœlo.

O. homines in hâc vitâ contrahunt (possunt  
contrahere) matrimonium.

E. N. homines in hâc vitâ sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Item:

N. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, contrahunt matrimonium.

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

E. N. resurgentes contrahunt matrimonium. In *Celarent.*

O. qui resurgunt, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Q. creaturæ (nim. homines) resurgent.

E. Q. creaturæ sunt sicut Angeli Dei in cœlo. In *Darij.*

N. qui contrahunt matrimonium, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Q. homines (nim. in hâc vitâ) contrahunt matrimonium.

E. Q. homines (sc. qui sunt in hâc vitâ) non sunt sicut Angeli Dei in cœlo. In *Ferio.*

In 2. Fig.

N. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, contrahunt matrimonium.

O. homines in hâc vita contrahunt (possunt contrahere) matrimonium.

E. N. homines in hâc vita sunt sicut Angeli Dei in cœlo. In *Cesare.*

O. homines in hâc vitâ contrahunt matrimonium.

N. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, contrahunt matrimonium.

E. N. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, sunt homines in hâc vita. In *Camestres.*

N. qui

N. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, contrahunt matrimonium.

Q. homines (nim. qui sunt in hâc vitâ) contrahunt matrimonium.

E. Q. homines non sunt sicut Angeli Dei in cœlo. In *Festino*.

O. resurgentes non contrahunt matrimonium.

Q. homines non contrahunt matrimonium.

E. Q. homines non resurgent. Hic syllogismus meris constat negativis; quod si verò pro negativis affirmantes infinitas substitueris; ex meris affirmantibus in secunda figura nihil effici deprehendes.

O. qui resurgunt, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Q. creaturæ non sunt sicut angeli Dei in cœlo.

E. Q. creaturæ non resurgunt. In *Baroco*.

In 3. Fig.

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

O. resurgentes sunt creaturæ.

E. Q. creaturæ sunt sicut Angeli Dei in cœlo. In *Darapti*.

Hic Syllogismus per expositorium ita redditur: Abraham, Isaac & Jacob resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Abraham, Isaac & Jacob resurgentes sunt creaturæ.

E. Q. creaturæ sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Vid. Nott. p. 529.

N. qui contrahunt matrimonium, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

O. qui contrahunt matrimonium, sunt homines.

E. Q. homines non sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

Sic:

N. resurgentes contrahunt matrimonium.

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

E. Q. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, non contrahunt matrimonium. In *Felapton*.

Q. qui matrimonium non contrahunt, non placent Deo.

O. qui matrimonium non contrahunt, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

E. Q. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, non placent Deo. In *Bocardo*. Ex Cap. 2.

Si Syllog. hic esset reducendus, talis foret in *Barbara*:

O. qui sunt sicut Angeli Dei in cœlo, Deo placent.

O. qui matrimonium non contrahunt, sunt sicut Angeli Dei in cœlo.

E. Q. qui matrimonium non contrahunt, Deo placent. Quæ absurda conclusio vel majorem, vel minorem absurditatis arguit. Minor vero cum pro absurda haberi nequeat, majorem absurdam esse relinquitur, & consequenter contradictoriam ejus veritati consentaneam.

Ex Cap. 5.

Ne-



Necesse est, ut resurgentes matrimonium non contrahant.

O. homines in futuro seculo sunt resurgentes.

E. Necesse est, ut omnes homines in futuro seculo matrimonium non contrahant.

Ex Cap. 6.

Homines resurgentes quat. non contrahunt matrimonium, sunt sicut Angeli Dei in caelo.

Monachi quat. vota sua servant, non contrahunt matrimonium.

E. Monachi sunt sicut Angeli Dei in caelo.

Est Syll. vitiosus 4. constansterminis. Ex C. 1. & 7.

Si resurgentes sunt sicut Angeli Dei in caelo, non contrahunt matrimonium, neque elocantur.

Atqui prius verum est. E. & posterius.

Est Syll. Hypotheticus.

Resurgentes non & sicut Angeli Dei in caelo sunt, & matrimonium contrahunt.

Atqui sunt sicut Angeli Dei in caelo.

E. non contrahunt matrimonium. Est

Copulativus Ex Cap. 8.

Resurgentes sunt sicut Angeli Dei in caelo,

E. non contrahunt matrimonium, neque elocantur. Est Enthymema.

O. resurgentes sunt sicut Angeli Dei in caelo.

O. qui sunt sicut Angeli Dei in caelo, neque matrimonium contrahunt, neque elocantur.

O. qui neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, vivunt.

E. O. resurgentes vivunt. Est *Sorites*. Ex  
Cap. 9.

Verf. 31.

O. doctrina à Deo revelata & Mofi ad scri-  
bendum inspirata, fide divinâ est ample-  
ctenda.

Doctrina de resurrectione est à Deo revelata  
& Mofi ad scribendum inspirata.

E. doctrina de resurrectione fide divinâ est  
amplectenda. Ex Cap. 1. estq; in *Darij*.  
1. fig. Cap. 2.

Quicquid à Deo, vel jussu Dei scriptum est,  
illud est verbum Dei.

O. articuli fidei nostræ scripti sunt à Deo, vel  
jussu Dei.

E. O. articuli fidei nostræ sunt verbum Dei.

Item :

Quibus dictum est verbum Dei, illis quoque  
est scriptum ad legendum.

Atqui omnibus hominibus dictum est verbum  
Dei.

E. O. hominibus scriptum quoq; est ad legen-  
dum.

Hi Syllogismi 1. fig. sunt in *Barbara*.

Nullum non scriptum in verbo Dei, est ad  
salutem credendum.

O. traditiones Pontiff. sunt non scriptæ in  
verbo Dei.

E. N. traditiones Pontiff. sunt ad salutem  
credendæ. In *Celarent*.

Quæ doctrina non est naturæ cognita, pro-  
posita tamen in verbo Dei, illa est doctri-  
na purè revelata.

Atqui doctrina de resurrectione non est na-  
turæ

turæ cognita, proposita tamen in verbo Dei.

E. Doctrina de resurrectione est puræ revelationis. In *Darij.*

Nullum non scriptum in verbo Dei est ad salutem credendum.

Dari purgatorium est non scriptum in verbo Dei

E. Dari purgatorium non est ad salutem credendum.

Item:

N. qui non legit verbum Dei, habet veram fidem.

Sadducæi non legunt verbum Dei.

E. Sadducæi non habent veram fidem.

In *Ferio.*

In 2. Fig,

Quicquid est credendum ad salutem, inventum humanum non est. Pontificiorum vero traditiones sunt inventum humanum. Ergo Pontificiorum traditiones non sunt credendæ ad salutem. In *Cesare.* Alias vero:

Quicquid est ad salutem credendum, illud est scriptum in verbo Dei.

N. traditiones Pontiff. sunt scriptæ in verbo Dei.

E. N. traditiones Pontiff. sunt ad salutem credendæ. In *Camestres.*

In 3. Fig.

O. quod Deus dixit, est credendum.

O. quod Deus dixit, est immotæ veritatis.

E. Quoddam immotæ veritatis est credendum. In *Darapti.*

In hōc versu est centrum & nervus totius Disputationis, unde dignus, ut penetralia ejus accuratius rimemur. Non pauci Interpretum in eā sunt sententiā, ac si Christus tantum hīc animæ immortalitatem prober, inter quos eminent Christoph. Sandius, Arminianus ille & Scripturæ depravator, qui in Paradox. Evang. nimis crasse in h. l. scribit: *Corporum resurrectio ex his versibus, ut & ex parallelis Marc. 12, v. 26. 27. Luc. 20. v. 37. minimè probari potest, sed animarum & harum immortalitatem tantum & vitam post mortem corporis h. l. probare solebat Salvator noster contra Sadduceos negantes & animæ & corporis resurrectionem, & asserentes, animas interire cum corporibus. Ita enim arguit Christus: Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Atqui Deus se dicit Deum Abrahami, Isaaci & Jacobi. E. Abraham, Isaac & Jacob bibunt. Ast non bibunt eorum corpora, E. anime. E. anime non intereunt unā cum corporibus. Si dicas, inde Christum resurrectionem mortuorum probare v. 31. quia anime non mortue sint, sed corpora: corpora utiq; resurrectura, præprimis cum non nisi quod mortuum est resurgere possit. Resp. Christum hīc animas mortuas vocare 1. ex hypothese Sadduceorum, 2. ut Apostolus 1. Cor. 15. v. 35. animas mortuas vocat, non quasi rebera sint mortue & annihilatæ, sed Allegoricè vel Metaphoricè, quia dormiant, ut ita dicam, & quiescant ab omnibus operibus usq; ad diem judicij in loco animabus deputato, & quod ex somno isto resuscitabuntur in die judicij. (En! Sandium Psychopannichitam) Mirè hīc se torquet Grotius, ut ex h. l. prober resurrectionem corporum. At cum Christus apud Lucam*

Lucam expressè dicat, *Mosen resurrectionem mortuorum ostendisse*, orthodoxi Interpretes eum sequuntur, asserentes, Christum utrumq; probare, & animæ immortalitatem & resurrectionem corporis, quia Sadducæi his argumentis convicti & ad silentium redacti, utrumq; negabant. Optimè hoc demonstravit *B. Job. Gerhardus*, cujus verba ex *Loc. Theol. de Morte* §. 143. *Harm. Evang. cap. 155. & Comment. in Matth. in compendium redacta* hæc sunt: “Christus accusaverat Sadducæos ignorantia Scripturarum, hanc accusationem esse verissimam ostendit, quando ex Scripturis resurrectionem, quam ipsi negabant, adstruit. Potuisset quidem ex scriptis Prophetarum evidentia pro stabiliendo resurrectionis articulo adducere testimonia, utpote ex *Job. 19. v. 25. Psal 34. v. 21. Jes. 25. v. 7. 8 c. 26. v. 19. c. 66. v. 14. Ezech. 37. v. 5. Dan. 12. v. 1. Os. 13. v. 14. &c.* Voluit tamen ex Mose potius quam ex Prophetis resurrectionem probare 1. quia, ut multi veterum statuunt, Sadducæi solos libros Mosis tanquam Canonicos & authenticos recipiebant. 2. quia ex Mose ipsi argumentum contra resurrectionem formaverant, voluit igitur ostendere, Mosen sibi non esse contrarium. 3. ut eorum incertam magis in lucem produceret. Videri voluerunt, se diligenter legisse Mosen, sed Christus per illud ipsum, in quo se scire aliquid putabant, ostendit, eos nihil scire, ac omnibus manifestum facit, ipsos Mosen vel non legisse, vel non intelligere. 4. ut perfectionem Scripturæ ostenderet, quòd scilicet ex solò Mose eos convincere, & resurrectionis articulum comprobare posset.

5. ut articulum de resurrectione esse per-  
 petuam Ecclesiae confessionem doceret. 6. ut  
 collationem Scripturae suo exemplo nobis  
 commendaret. Christus igitur ex Mose ejus-  
 modi testimonium profert, quod *καὶ ῥητὸν* &  
 verbis apertis non adstruit resurrectionem, sed  
 ex consequente & *καὶ ἀπόδειξιν* (1) ut divinam  
 suam in Scripturis tractandis sapientiam osten-  
 dat, (2) ut doceat, quantā cum attentione Scri-  
 pturae sint legendae, (3) ut moneat, eorum,  
 quae per manifestam & necessariam consequen-  
 tiam ex Scripturis deducuntur, parem esse ra-  
 tionem, & aequale robur quod est eorum, quae  
*καὶ ἐπιβεβαιῶνται* in illis dicuntur, (4) ut ostendat,  
 non tantum per aperta testimonia contra hae-  
 reticos agendum, sed etiam consequentias ne-  
 cessarias, non alienas, nec coactas, illis esse  
 opponendas. Verba ipsa divini oraculi sic  
 habent: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac,*  
*& Deus Jacob.* Sub quā Propositione Majori  
 disertis verbis in Mose positā Christus sub-  
 sumit Minorem certissimam, nec indigentem  
 operosa probatione: *Deus non est Deus mor-  
 tuorum, sed viventium,* ut bis ponatur nomen  
 Deus, primò quidem in subjecto cum articulo  
*ὁ Θεός,* deinde verò in Prædicato sine articulo,  
*non est θεός νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.* In Subjecto  
 nomen Dei est velut proprium, *ὁ θεός* v. rus il-  
 le Deus, qui Patriarchis apparuit, ac se ab il-  
 lis etiam post mortem ipsorum denomina-  
 vit &c. In Prædicato est veluti Appellativum.  
 Ex his duabus Propositionibus, quarum utra-  
 que est immortæ & certæ veritatis, Christus  
 futuram resurrectionem irrefragabiliter con-  
 clu-

cludit, quam tamen conclusionem Christus  
 disertis verbis & formaliter non addit, sed sub-  
 intelligendam relinquit. Quidam volunt,  
 contineri eam in verbis, quæ apud Lucam ha-  
 bentur: *Omnes enim bibunt illi*, ut sit sensus:  
 Quia Deus, qui est ipsa vita, non est Deus  
 mortuorum, sed viventium, & verò etiam post  
 mortem Patriarcharum etiamnum se vocat  
 Deum ipsorum, utiq; ergò etiamnum post  
 mortem Patriarchæ illi Deo vivunt. Sed si  
 Christus his verbis Conclusionem argumenti  
 sui exprimere voluisset, dixisset: πάντες ἐν  
 ζωῶν αὐτῶν. Jam verò aliter informat sermo-  
 nem suum dicens: πάντες ὃ αὐτῶ ζωοῦν, quæ  
 particula αἰδιολογική ostendit, in hoc membro  
 contineri responsionem ad tacitam Sadducæo-  
 rum objectionem. Nervum verò argumenti  
 ut investigemus, notandum est, Sadducæos &  
 animarum immortalitatem & corporum re-  
 surrectionem negasse; Christus igitur utrum-  
 que probat, non solum quia Sadducæi utrum-  
 que negabant, sed etiam, quia ex animarum  
 immortalitate corporum resurrectio quodam-  
 modò dependet. Animarum immortalita-  
 tem Christus ex oraculo Mosaico probat h. m.  
 Quic. corpore in cinerem redactò adhuc bibunt,  
 illorum anima bibit. Sancti Patriarchæ, Abra-  
 ham, Isaac, & Jacob corporibus suis in cinerem  
 redactis adhuc bibunt. E. sanctorum Patriar-  
 charum Abrahami, Isaaci, & Jacobi anima bi-  
 bunt. Major est manifestæ veritatis, nec po-  
 terat à Sadducæis negari. Minorem confir-  
 mat Christus hoc argumento: Quos Deus eò  
 loco habet, ut se eorum Deum esse pronunciet, et-

etiam corporibus eorum in cinerem redactis, illi  
 bibunt. Atqui Deus sanctos Patriarchas Abra-  
 hamum, Isaacum & Jacobum eò locò habet, ut se  
 eorum Deum esse pronunciet, etiam corporibus  
 eorum in cinerem redactis Exod. 3. 6. 6. E. sancti  
 illi Patriarchæ Abr. Isaac, & Jacob, etiam post  
 mortem bibunt, non autem bibunt ratione corpo-  
 rum suorum, E. respectu animarum. Majorem  
 hujus argumenti Christus confirmat ex eò,  
 quia Deus non est Deus mortuorum, sed vi-  
 ventium. Quorum se Deum adhuc esse Deus  
 testatur, illos oportet adhuc esse & vivere. Sive  
 enim nomen sive naturam Dei spectes, Deus  
 Jéhova, qui est, non potest esse Deus eo-  
 rum, qui non sunt: Deus, qui est ipsa vita, non  
 potest esse Deus eorum, qui nullà prorsus ratio-  
 ne vivunt, quid enim summo Enti cum non en-  
 tibus? quid vitæ cum morte? Quare cum De-  
 us post mortem Patriarcharum se ipsorum De-  
 um adhuc nominet, eò ipsò ostendit, eos ad-  
 huc esse & vivere, ratione scilicet animæ. Ex de-  
 monstratâ animæ immortalitate sponte efflo-  
 rescit corporum resurrectio: quia Scriptura  
 ex illa itidem hanc deducit, & utramq; imme-  
 diatè conjungit 1 Cor. 15. 2. quia apud Eth-  
 nicos & Judæos usitatissimum fuit, habere pro  
 eadem quæstione illam, quæ est de resurrectio-  
 ne, & illam, quæ est de animæ immortalitate,  
 quàmvis reverà sint distinctæ. 3. quia non  
 permittit divinæ justitiæ æquitas, ut anima &  
 corpus separentur in mercede, quæ fuerunt ar-  
 tissime conjuncta in opere. 4. Sicut reliqua  
 Dei opera, videl. Creatio, Redemptio, Sanctifi-  
 catio non tantùm animam, sed etiam corpus re-

re-



respiciunt, ita quoque glorificatio. 5. Arctis-  
 sima atque intima est harum duarum essentia-  
 lium hominis partium, animæ scilicet & corporis  
 conjunctio. 6. Pii veteres itidem agnoscunt,  
 dependere ex animarum immortalitate resur-  
 rectionem corporum. Neque verò tantum *in-*  
*directè & consequenter* ex demonstratâ animæ  
 immortalitate Christus in suo argumento re-  
 surrectionem confirmat, sed etiam *directè &*  
*immediatè*, ut apparet ex verbis Lucæ: *Omnes*  
*enim Deo sibiunt.* Juxta animam sancti Patri-  
 archæ non solum Deo, sed etiam hominibus vi-  
 vebant; sed juxta corpora Deo tantum vive-  
 bant, hominibus autem erant mortui. E. etiam  
 secundum corpora Patriarchas Deo post mor-  
 tem adhuc vivere demonstrat, & quidem tali ar-  
 gumento: *Quos Deus eò habet locò, ut se eorum*  
*Deum etiam post mortem pronunciet, illorum*  
*corpora ex morte iterum suscitabuntur.* Ratio-  
 nem connexionis dat eam, *quia Deus non est*  
*Deus mortuorum, sed viventium.* Sed Abra-  
 ham, Isaac & Jacob, Deus eò habet locò, ut se  
 eorum Deum etiam post mortem pronunciet. E.  
 Abraham, Is. & Jacob juxta corpora ex morte  
 iterum suscitabuntur. Quemadmodum de li-  
 beris dormientibus Parens rectè dicit, quod sibi  
 adhuc vivant, quia scilicet facili negotio ex somno  
 illos potest excitare: ita Patriarchæ dicuntur  
 Deo vivere, i. e. tantum dormire, cum & velit,  
 & possit illos in vitam revocare, eorumque ani-  
 mas corporibus è pulvere suscitatis iterum  
 conjungere, quod etiam certissimè sit factururus.  
 Si enim nunquam hoc factururus esset, sed tan-  
 tum facere posset ratione illius meræ ac nudæ  
 po-

potentia, non posset dici Deus eorum, siqui-  
 dem etiam bruta posset in vitam revocare, nec  
 tamen dicitur brutorum Deus, cum non sit ea  
 ad vitam revocaturus. Dicuntur ergo sancti il-  
 li Patriarchæ Deo vivere, non quia vita eorum  
 ratione corporum jamdum erat actualis, sed  
 quia vivebant in Dei dispositione, ut loquitur  
 Hieron. quia Deus disposuerat, i.e. decreverat de  
 illis, quod certò tempore eos velit in vitam re-  
 vocare, unde notanter dicuntur Deo vivere i.e.  
 per quendam respectum ad infallibilem Dei dis-  
 positionem, non autem absolutè dicuntur vi-  
 vere. Verba illa: *Ego sum Deus Abrahamæ &c.*  
 sunt fœderalia, ut apparet è Gen. 17. v. 1. ex quo  
 denuò magnum robur huic accedit argumen-  
 to: *Cum quibus Deus fœdus gratiaë iniit, & quibus  
 promisit, quod velit esse Deus eorum in seculum, illi  
 non manebunt in morte, sed in vitam revocabuntur,  
 ut possint promissâ gratiâ fœderali perfrui. Jam be-  
 rò Deus cum Abr. Is. & Jac. fœdus gratiaë iniit, illisq;  
 promisit, quod velit esse Deus eorû in seculum. E. illi  
 non manebunt in morte, sed in vitam revocabun-  
 tur. Non cum solâ animâ Abrahamæ, sed cum Abra-  
 hamo i.e. cum personâ Abrahamæ, quæ animâ &  
 corpore constabat, hoc gratiaë fœdus fuit ini-  
 tum, quinimò sicut olim fœdera non modò in  
 tabulas publicas referebantur, sed in as incidi  
 vel lapidibus insculpi solebant: ita Deus in car-  
 ne Abrahamæ fœdus suum per circumcisionem in-  
 cidit & quasi insculpi voluit, quod signum fœde-  
 ris in corpore susceptum ostendit, etiam cor-  
 pus resurrectionis & honorum in fœdere pro-  
 missorum particeps fore. Aliud argumentum  
 potest desumi à totò supposito Abr. cujus Deus  
 hinc*

hic dicitur Deus. Deus non potest se vocare Deum  
 Abr. Is. & Jac. ratione solarum animarum bibentium, si  
 nulla esset corporum resurrectio secutura. Nam ani-  
 ma Abrahamæ non est Abraham, sed una duntaxat  
 ejus pars. Si ergo Deus est Deus Abrahamæ, & verò  
 Deus non est Deus mortuorum, sed viventium, utiq;  
 ergo non solum anima Abrahamæ bibit, sed etiam  
 corpus animæ Deo bibit, utpote à Deo ad vitam  
 resuscitandum. Porro: Deus vocat se Deum  
 Abrahami, Is. & Jac. cum illi omnes jam essent  
 mortui, & tamen in presenti Deus dicit: Ego  
 sum Deus Abraham, Is. & Jac. extincti i.e. ipsorum  
 pareas, protector, servator, vindex & Dominus,  
 utiq; ergo non erant penitus & à spe resurrectionis  
 exclusi. Hæc ex Gerharo.

B. Phil. Zeisoldus in Logicæ suæ sacrae anne-  
 xa Disp. I. p. 1102. adducit variorum Auctorum ex  
 h. l. argumentationes extractas, unde sequentia  
 juvabit excerptare: "Aliqui, inquit, Syllogismum  
 formant in 3. fig. & quidem triplici modo. Non-  
 nulli sic argumentantur: Deus est Deus viventium,  
 Deus est Deus Abrahami, Is. & Jac. E. Abraham,  
 Is. & Jac. bibunt. (Et hoc est argumentum ipsi-  
 us Melanchthonis in Post. Fest. Pasch. p. m. 520.)  
 Camerarij in Matth. est hic: Deus non est mor-  
 tuorum Deus. Abrahami, Is. & Jac. est Deus.  
 E. Abraham, Is. & Jac. non sunt mortui. Quos  
 duos Syllogismos neq; ex Mosaicis, neq; Chri-  
 sti verbis legitimè constructos esse ostendit,  
 quod 5. terminorum laborent morbo, & Præ-  
 dicatum Majoris ac Minoris mutilatè in Con-  
 clusionem inferatur; eorum verò ἀσυνδοκίαν  
 ex reductione ad 1. fig. ita probat: Deus est Deus  
 viventium. Deus Abrahami, Is. & Jacobi, est Deus.  
 E.

E. Abraham, Isaac & Jacob bibunt. Deus non  
 est Deus mortuorum. Deus Abrahami, Isaaci &  
 Jac. est Deus. E. Abraham, Is. & Jac. non sunt  
 mortui. Quales, inquit, sunt hi Syllogismi?  
 Ex instituta quoque reductione manifestum est,  
 Syllogismum in ordine primum, quia Affirma-  
 tivus, in Dictum de Omni; alterum, qui Ne-  
 gativus, in Dictum de Nullo peccare. Nam in  
 primo Syllogismo ad 1. fig. reducto Prædica-  
 tum Majoris *Deus bibentium* non dicitur de Deo  
 Abrahami, Is. & Jac. in Conclusionem, sed tō vi-  
 vere dicitur de Abrahamo, Is. & Jac. In alte-  
 ro Syllogismo ad 1. fig. reducto Prædicatum  
 Majoris *Deus mortuorum* non remoyetur à  
 Deo Abrahami, Is. & Jac. in Conclusionem, sed  
 tō mortuum ab Abrahamo, Is. & Jac. remove-  
 tur. Permulti ejusdem structuræ Syllogismi  
 apponi possent, in quibus veris existentibus fal-  
 sa sequitur Conclusio e. g. *Deus est Dominus*  
*equorum. Deus est Dominus hominum. E. ho-*  
*mines sunt equi. Deus est Deus Abrahami. Deus*  
*est Deus Isaaci. E. Isaac est Abraham. Deus*  
*est Deus Isaaci. Deus est Deus Jacobi. E. Ja-*  
*cob est Isaac. Deus est Deus Jacobi. Deus est*  
*Deus Abrahami & Isaaci. E. Abraham & Isaac*  
*sunt Jacob. Credentes sunt templum Spiritus S.*  
*Credentes sunt templum Dei Patris, & Dei Filij*  
*Joh. 14. E. Deus Pater & Deus Filius sunt Spi-*  
*ritus S. S. 24. & 26. corrigat dictos Syllogismos*  
*h. m. Conclusiones aliter inferendo, & quidem*  
*in priore: E. Deus Abrahami, Is. & Jac. est Deus*  
*biborum. In altero: E. Deus Abrahami, Is. &*  
*Jac. non est Deus mortuorum. Alij denique,*  
 etunt,

¶ Stunt, agentes, Propositionem, quæ apud Mo-  
 sen extat, esse Majorem. Sub hac Christum  
 ¶ subsumere Minorem: *Non est Deus mortuorum,*  
*sed viventium.* Et ex his duabus præmissis fu-  
 ¶ turam resurrectionem irrefragabiliter conclu-  
 dere, Conclusionem verò expressè non adde-  
 ¶ re, sed subintelligendam relinquere. Sed  
 1. non sunt duæ saltem Propositiones, sed tres.  
 ¶ 2. Si hæ præmissæ ponantur: *Deus est Deus*  
*Abrahami, Is. & Jac.* *Deus non est Deus mor-*  
*tuorum:* Minor contra reg. in 3. fig. Negativa  
 ¶ est, nec ex præmissis illis mortuorum resurre-  
 ¶ ctio irrefragabiliter inferri potest. 3. Si verò  
 ponantur hæ: *Deus est Deus Abrahami, Isaaci*  
*& Jacobi.* *Deus est Deus viventium.* Nec ex  
 ¶ his mortuorum resurrectio evidenter & irre-  
 ¶ fragabiliter concludi potest, cum Conclusio, uti  
 ¶ ex dictis patet, non aliò nisi hòc modò inferri  
 ¶ possit: *E. Deus viventium est Deus Abrahami,*  
*Is. & Jac.* Hæc Conclusio cum Enunciatione  
 ¶ Exod. 3. *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac,*  
*& Deus Jacob,* ex quâ, Salvatore agente, resur-  
 ¶ rectio mortuorum est confirmanda, prorsus fe-  
 ¶ rè eadem est. At illud, ex quo mortuorum  
 ¶ resurrectio probanda est, non potest esse Syll-  
 ¶ logismi Conclusio. 4. Breviter, qualis est hæc  
 ¶ forma Syllogistica: *Deus est Deus Abrahami,*  
*Is. & Jac.* *Deus non est Deus mortuorum, sed vi-*  
*ventium.* *E. mortui certò resurgent.* Hanc  
 ¶ ad mentem Salvatoris esse formatam non cre-  
 ¶ do. Quidam verò Syllogismos formant in 1.  
 ¶ fig. Nonnulli hunc: *Quibus Deus promisit, quod*  
*iporum Deus sit futurus in æternum, illorum De-*  
*us non est mortuus, sed vivit.* Atqui Abrahamo  
 ¶ &c.

¶ *Et c. E.* Hic verò Syllogismus etsi ratione formæ bonus sit, tamen non ratione materiæ.  
 ¶ *Alij* inquit: Si vis concludere Christi Conclusionem, oportet, ut etiam Christi præmissas & Syllogismum retineas. Christi Syllogismus 1. non est Affirmativus, sed Negativus. 2. non est expositivus & in 3. fig. sed in 1. optimè concludit h. m. *Quorumcunq; Deus Deus est, illi non sunt mortui, sed vivunt.* Aliqui *Deus est Deus Abraham, Is. & Jac. E. Abraham,*  
 ¶ *Is. & Jac. non sunt mortui, sed vivunt.* Hic Syllogismus, inquit, firmissimè & formæ & materiæ ratione concludit. *Cornel. Martini* in Anal. formæ c. 6. p. 88. hunc necit: *O. quibus Deus est Deus, vivunt. Abrahamo, Isaaco & Jacobo, Deus est Deus. E. Abraham, Isaac & Jacob vivunt.* *Arniseus* in Nott. ad Logicam *Crellii* L. 3. p. 333. hunc: *Quorumcunque Deus est Deus, illi vivunt. Abraham, Isaac & Jacob sunt illi, quorum Deus est Deus. E. Abraham, Is. & Jac. vivunt.* *Alij* deniq; hunc: *Illi, quorum Deus Deus est, vivunt ei (quia Lucas hoc expressè addit) & non sunt mortui. Abraham, Isaac & Jacob sunt illi, quorum Deus Deus est. E.* Verùm quamvis nec hi Syllogismi formæ bonitate careant, defectum tamen in iisdem quoq; deprehendo materialem, cum non evidenter nec sufficienter probent resurrectionem vel Abrahami, Isaaci & Jacobi, vel omnium hominum, sed concludant, dictos Patriarchas vivere, & non esse mortuos. Hæc autem duo, aliquos vivere, & eosdem in extremo demum die resurrecturos esse, differunt. Propositio igitur Salvatoris non est hæc: *Abraham,*

ham, Is. & Jac. vivunt; sed ista: Mortui re-  
 suscitantur, h. e. resuscitabuntur à Deo in die  
 novissimo, agentis, Mosen resurrectionem mor-  
 tuorum ostendere, & quidem palàm ac eviden-  
 ter. At dictam propositionem appositi Syl-  
 logismi non expressè concludunt vel probant.  
 Nec licet ulterius argumentari: *Quic. vi-  
 bunt, illi resurrecturi sunt. Abraham, Isaac &  
 Jacob bibunt. Ergò. Major enim falsa est,*  
 nam equi vivunt, nec tamen resurgent. Tan-  
 dem Autor 12. Observationibus in h. l. præ-  
 missis ipse ita ex eò argumentatur: I. ex ver-  
 bis Mosaicis, & quidem 1. Compendiosè: *Quic.  
 est Deus Abrahami, Is. & Jac. post mortem, ille  
 animas eorum adhuc conserbat, eosq; à mortuis  
 resuscitabit. Atqui Deus est Deus Abrahæ, Is.  
 & Jac. E. 2. Prolixe: Quic. dixit, se esse,  
 semper scil. & in æternum Deum omnipotentem  
 Abrahæ, Is. & Jac. qui annis inde aliquot centum  
 mortui, fideles autem ejusdem olim serbi fuerant,  
 ille animas eorum adhuc conserbat, eosq; secun-  
 dum corpora certò à mortuis resuscitabit, postmo-  
 dum in æternum secum victuros, ut illis, serbis  
 olim fidelibus in corporibus, in quibus fidelia ipsi  
 præstitere serbitia, mercedem distribuatur, in æter-  
 num ipsis benefacturus. Atqui Jehova dixit, se  
 esse Deum omnipotentem Abrahæ, Is. & Jacob.  
 qui annis inde aliquot centum mortui, fideles au-  
 tem ejusdem olim serbi fuerant. Ergò. 2. Ex  
 verbis Salvatoris & Mosis simul 1. *Quic. est Deus  
 Abrahami, Is. & Jac. qui ex hac vita migrarunt,  
 & quorum corpora in cineres fuere redacta, non  
 autem mortuorum, h. e. prorsus non existentium,  
 sed viventium Deus est, ille animas istorum Patri-**

one for-  
 ateria.  
 ti Con-  
 ramis-  
 Syllo-  
 Negati-  
 sed in  
 Deus  
 At qui  
 abram,  
 Hic Syl-  
 rmæ &  
 Martini  
 O. qui-  
 , Isaac  
 n, Isaac  
 Logi-  
 ncunque  
 Isaac &  
 i. Abra-  
 nc: Illi,  
 a Lucas  
 Abra-  
 us Deus  
 smi for-  
 a in iis-  
 um non  
 rrectio.  
 l omni-  
 Patriar-  
 c autem  
 emo de-  
 Pro-  
 Abra-  
 ham,



*archarum adhuc conserbat, eosq; secundum cor-  
 pora à mortuis resuscitabit. Atqui Deus est  
 Deus Abrahami & c. Ergò. 2. Quorumcunq;  
 qui mortui sunt, Deus se Deum vocat, & esse di-  
 cit, illi non sunt prorsus non existentes, s. d. secun-  
 dum animam bibunt, & aliquandò secundum  
 corpora resuscitabuntur. Atqui Abraham, Is &  
 Jac. qui mortui sunt, sunt illi, quorum Deus se  
 Deum vocat, & esse dicit. Ergò. 3. Ex his ver-  
 bis Christi ap. Lucam: Omnes ei bibunt; Qui-  
 cunq; Deo bibunt, illorum anima adhuc bibunt,  
 illiq; aliquandò resuscitabuntur. (Probationem  
 vide apud Autorem) Atqui mortui, quos Sad-  
 ducei penitus quoad animas etiam interisse pu-  
 tabant, omnes Deo bibunt. Ergò.*

Sed Syllogismum primum, quem Zeisoldus  
 hìc valdè improbat, B. Dannhauerus in Idea Bo-  
 ni Disp. p. 228. sq. ita defendit: " Hic Syllogi-  
 smus expositivus: *Quorum Deus Deus est, il-  
 li bibunt, & non sunt mortui. Deus est Deus  
 Abrahami, Isaaci & Jacobi. E. Abraham, Isa-  
 ac & Jacob bibunt, & non sunt mortui; ita  
 propositus non habet Consequentiam forma-  
 lem, 1. quia sunt 4. termini. nam medius ter-  
 minus, qui in Majore Subjecti sede locatus est  
 (quorum Deus Deus est) in minore non re-  
 petitur, sed alius aliquis, nim. nudè (Deus)  
 qui pro Subjecto minoris habetur. 2. Quia  
 minus est in Conclusionem, quam erat in præ-  
 missis, & determinatio seu casus Prædicati re-  
 petitur pro ipso Prædicato. 3. Quia hac ar-  
 gumentandi forma in aliâ materiâ eodem  
 modo proposita non obtinet e. g. *Quorum  
 Alexander Rex fuit, illi fuerunt Macedones.*  
 Ale.*



*Alexander Rex fuit Persarum. E. Persæ sunt Macedones.* En! ex vero falsum. Nihilominus iste Syllogismus habet materialem Consequentiam, quia quamvis non in omni, tamen in simili materia, semper ex vero verum elicit; Similis autem materia est, quæ eodem modo Majorem habet exclusivam, etsi non actu, tamen virtute, pro majore enim substituere integrum est illam: *Quorum Deus est Deus, illi solum bibunt,* siquidem ex oppositione rectè infertur conclusio, cujus exclusivæ virtute Conclusio rectè sequitur. Quæ igitur sit, quod in altero argumento sequatur falsum? ideò, quia non est similis materiæ, si enim hanc ponere liceret Majorem: *Quorum Alexander Rex est, illi sunt Macedones, & non alij populi, s. illi solum sunt Macedones, tum certe, si Persarum Rex esset, necessario etiam Persæ essent Macedones.* Cum autem consequentia materialis consequentia sit, & verò absurdum sit, consequentiam justam dari, quæ tamen Syllogisticæ formæ non sit capax, quippe forma Syllogistica veritatem non impedit, sed ubicunq; eam invenit, promovet; at invenit in consequentiâ materiali, ideò omnis materialis consequentia est etiam formalis virtute & potentiâ, quæ potentia hõc modò in actum deducitur, efficiendo Propositiones Logicas: *Illi, quorum Deus est Deus, bibunt, & non sunt mortui. Abraham, Isaac, & Jacob sunt illi, quorum Deus est Deus. E. Abraham, Isaac & Jacob bibunt, & non sunt mortui.* Qui sensus utiq; cum sensu propositi argumenti coincidit.

Aliàs

Aliàs dictus *Dannhauerus* in *Hodof. Phan.* 12. p. 1445. ex h. l. nectit hunc Syllogismum:

*Omnis is, cujus Deus Deus est, & à vñ vñ èòµµε*  
 ☉, is est 1. capax æternæ beatitudinis, con-  
 sequenter in morte non manebit; is 2. bibit  
 Deo, quia à Deo reproducendus, est enim  
 Deus biborum, à sibus laudandus; is 3. non  
 est mortuus, h. e. in morte manens.

*Abraham, Isaac, Jacob, & omnis alius fidelis, fide*  
*2. Pet. 1. 6. 1. èòµµε☉ est is, cujus Deus est Deus. E.*  
*etiamsi defunctus sit, tamen resurget.*

Benè, addit, *Chrys.* in h. l. *Homil. 7.* Quemad-  
 modum Adam, quamvis viveret, posteaquam  
 de vetito ligno comedit, sententiâ tamen pro-  
 lata erat mortuus: sic profectò isti, etsi mortui  
 erant, pollicitatione tamen resurrectionis vive-  
 bant. Quomodo ergò alibi dicit, ut & mor-  
 tuis & vivis dominetur? Non est hoc illi con-  
 trarium. Mortui namq; hîc illi, qui victuri sunt,  
 appellantur.

*B. Hülsemann.* in *Brev.* v. 269. ex h. l. ita col-  
 ligit:

*Quorum Deus est Deus, postquam bit à funcli*  
*sunt, illi sibun.*

*Atqui Deus est Deus Abrahami, Is. & Jacobi,*  
*postquam bit à funcli sunt.*

*E. Abraham, Isaac & Jacob sibun.*

*B. Kromeyerus* in *Theol. Pos. Pol.* P. 2. p. 34. hoc  
 format argumentum.

*Qui post mortem suam adhuc Deum habent, illi*  
*sibun.*

*Abraham, Isaac & Jacob post mortem suam*  
*adhuc Deum habent.*

*E. sibun.*

Quod

Quod si tantis Theologis meam licet superaddere sententiam, fateor, simplicissima mihi & planissima omnia videri, si verba Christi, quæ ex Mose adduxit, tanquam probationem Minoris Syllogismi præsuppositi sumamus: Quemadmodum enim docti non semper in disputando integros proferunt Syllogismos, maximè ubi Præmissæ sunt notiores, vid. Nott. ad Cap. 9. Can. 1. Sic ubi Christo res erat cum Sadducæis literatis & doctis, hunc Syllogismum tanquam notissimum præsupponit:

*Quicquid Deus dixit, id Verum est.*

*Atqui mortuos resurrecturos Deus dixit.*

*E. mortuos resurrecturos Verum est.*

Hæc Conclusio optimè contradicit, & è diametro opposita est Sadducæorum sententiæ, qui dicebant: Non esse resurrectionem v. 23. Major fundatur in vers. præced. 31. Minorem verò Christus hic probat ex Mose Exod. 3. v. 6. ubi Deus ipse erga populum Israeliticum è servitute Ægyptiacâ liberandum singulari hõc & consolationis plenò elogiò utitur, dicendo, se esse & imutabiliter permanere Deum Abrahami, Is. & Jacobi, hominibus quidem mortuorum, sed sibi viventium, & certissimè aliquandò resurgentium, & quàm certò Patriarchas illos sit resuscitaturus, tam certò quoq; populum suum ex Ægypto jam liberaturus. Unde Pro-Syllogismus:

*De quibuscunq; mortuis Deus dixit, se illorum esse Deum, de iis etiam dixit, quòd sint resurrecturi (Deus enim non est Deus mortuorum, sed viventium; adeoq;*

d

si de-

si defuncti in morte manerent, destrueretur ipsa divina essentia.)

*Atqui de Abrahamo, Isaaco & Jacobo Deus dixit, se illorum esse Deum.*

*E. Abrahamum, Isaacum & Jacobum resurrecturos Deus dixit.*

Nemo verò hinc me accuset novitatis aut dissensus à magnis illis prænominatis Theologis, sed meminerit Lector, ut ex sole unum idemq; lumen per plures radios se diffundit, ita una eademq; veritas innumeris viis ac modis ex Scriptura elucet.

His prælibatis, ad ductum B. Scharfi sequentes appono Syllogismos:

Deus verus non est Deus mortuorum.

Deus Abraham, Is. & Jac. est verus Deus.

E. Deus Abr. Is. & Jac. non est Deus mortuorum.

Deus verus est Deus viventium.

Deus Abr. Is. & Jac. est Deus verus.

E. Deus Abr. Is. & Jac. est Deus viventium.

Deus Abr. Is. & Jac. est verus Deus

Deus Christianorum est Deus Abr. Is. & Jac.

E. Deus Christianorum est verus Deus.

Quic. credunt in Deum mortuorum i. e. annihilatorum, illi credunt in Deum non verum.

Sadducei credunt in Deum mortuorum i. e. annihilatorum.

E. credunt in Deum non verum.

Quorum Deum Deus se profitetur, illi vivunt.

Mortuorum, i. e. quoad animam à corpore solutorum Deum Deus se profitetur.

E. mor-

E. mortui i.e. quoad animam à corpore soluti, vivunt.

Quic. Deo vivunt, illorum cōpōra in morte non permanebunt.

Mortui Deo vivunt, Luc. 20. v. 37.

E. mortuorum corpora in morte non permanebunt.

Quic. sunt mortui, (Sadducæo sensu) illorum Deus non est Deus.

Abraham, Isaac & Jacob sunt mortui. (Christiano sensu.)

E. Abrahami, Isaaci & Jacobi Deus non est Deus.

In hōc Syllog. sunt 4. termini, mortui enim æquivocè dicuntur in Maj. & Min. Prop. Conf. dicta Cap. 1. ad hunc versum.

Sic quoq; ob eandem rationem hic nihil concludit:

Quic. sunt mortui, illi non vivunt.

Abraham, Isaac & Jacob, & omnes sancti sunt mortui.

E. Abraham, Isaac & Jacob & omnes sancti non vivunt.

Ex Cap. 1.

O. qui mortui sunt s. ex hāc vitā migrarunt, vivunt Deo i.e. non tantum animæ eorum sunt superstites, sed & corpora ad resurrectionem sunt destinata (Hæ enim sunt partes hominis essentielles, & sine neutra completam homo substantiam habere potest & vivere. Quid verò sit Deo vivere, explicat Paulus Rom. 14. v. 7, 8.)

Atqui Abraham, Isaac, Jacob & omnes majores

truc-  
us di-  
rectu.  
fiffen-  
is, sed  
q; lu-  
na ea-  
x Scri-  
quen-  
us.  
s mor-  
um.  
x Jac.  
eus.  
e. an-  
Deum  
m i. e.  
illi vi-  
ore fo-  
tur.  
mor-



res nostri, quotquot unquam vixerunt, mortui sunt s. ex hac vitâ migraverunt.

E. Abraham, Isaac, Jacob & omnes majores nostri, quotquot unquam vixerunt, vivunt Deo i. e. non tantum animæ eorum sunt superstites, sed & corpora ad resurrectionem sunt destinata.

Quicquid Deus dixit, id verum est.

O. mortuos resurrecturos est id, quod Deus dixit.

E. O. mortuos resurrecturos verum est.

Quorumc. Deus est Deus, etiamsi mortui sunt, illi Deo vivunt, & aliquandò resurgent.

Abrahami, Is. Jac. & omnium hominum defunctorum Deus est Deus, etiamsi mortui sint.

E. Abraham, Is. Jac. & omnes homines defuncti Deo vivunt & aliquandò resurgent.

Maj. prob. quia Deus apud Mosen non dicit: *Fui Deus Abr.* sed in Præsente: *Ego (sum) Deus Abraham &c.* q. d. Vobis quidem mortuus est, sed mihi minimè, ego sum idem adhuc ipsius Deus, qui ante fui, & ipse est meus servus & manebit in æternum.

O. qui Deo vivunt, aliquandò resurgent, (quia Deus non est Deus mortuorum, sed viventium)

O. morientes Deo vivunt.

E. O. morientes aliquandò resurgent.

Hi Syllogismi sunt i. Fig. in *Barbara*.

N. qui vivunt, sunt mortui.

O. in

O. in Christo morientes vivunt Joh. 5. v. 34.

E. N. in Christo morientes sunt mortui.  
In *Celarent.*

Quic. est verus Deus, ille non est Deus mortuorum, sed viventium.

Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi est verus Deus.

E. Deus Abr. Is. & Jac. non est Deus mortuorum, sed viventium.

O. qui Deo vivunt (i. e. in Christum credunt, vitam spiritualem ex ipso hauriendo, piè in eò vivendo & moriendo, adeoq; tam quoad corpora quàm animas in manu ac dispositione Dei sunt) illi resurgent ad vitam æternam.

Abraham, Isaac & Jacob sunt illi, qui Deo vixerunt (i. e. in Christum crediderunt, vitam spiritualem ex ipsò hauriendo, piè in eò vivendo & moriendo, adeoq; tam quoad corpora quàm animas in manu ac dispositione Dei.)

E. Abraham, Isaac & Jacob resurgent ad vitam æternam. In *Darij.*

N. qui colunt alium Deum, quàm Deum Abr. Is. & Jac. Deum illum viventium, resurgent ad vitam æternam.

Q. Judæorum e. g. Sadducæi colunt alium Deum, quàm Deum Abr. Is. & Jacob, Deum illum viventium.

E. Q. Judæorum e. g. Sadducæi non resurgent ad vitam æternam. In *Ferio.*

In 2. Fig.

N. qui mortui (morte sc. destructivâ & annihilativâ, ut Sadd. opinabantur) sunt, vivunt.

d 3

O. qui

O. in

O. qui in Christo moriuntur, vivunt.

E. N. qui in Christo moriuntur, dicto sensu mortui sunt. In *Cesare*.

O. qui in Christo moriuntur, vivunt.

N. qui mortui sunt, vivunt.

E. N. qui mortui sunt, moriuntur in Christo. In *Camestres*.

N. qui resurgent ad vitam æternam, colunt alium Deum, quàm Deum Abrahami, Is. & Jacob.

Q. Judæi, nim. Sadducæi, colunt alium Deum quàm Deum Abr. Is. & Jac.

E. Q. Judæi non resurgent ad vitam æternam. In *Festino*.

O. qui resurgent ad vitam æternam, colunt Deum Abr. Is. & Jac.

Q. homines non colunt Deum Abr. Is. & Jac.

E. Q. homines non resurgent ad vitam æternam. In *Baroco*.

Quæ enim contradictoriè gaudent prædicatis, illa idem esse nequeunt.

In 3. Fig.

Deus est Deus vivorum.

Deus est Deus Abr. Is. & Jac.

E. qui est Deus Abr. Is. & Jac. est Deus vivorum. In *Darapti*.

Propositiones enim singulares in 3. Fig. æquipollent universalibus, vid Nott. p.

N. quorum Deus est Deus, moriuntur i. e. esse desinunt (quia Deus non est Deus mortuorum)

O. quorum Deus est Deus, moriuntur Rom. 14. v. 9. Pl. 4. v. 9.

E. Q.



E. Q. qui moriuntur, non moriuntur. In Felapton.

In hoc Syllogismo tantum duo videntur esse termini, contra reg. 1. Cap. 1. sed *mortui* aliter sumuntur in Majore Propositione, aliter in Minore.

N. qui colunt alium Deum, quam Deum Abr. Is. & Jac. resurgent ad vitam aeternam.

Q. qui colunt alium Deum, quam Deum Abr. Is. & Jac. sunt Judaei.

E. Q. Judaei non resurgent ad vitam aeternam. In Ferison.

Ex Cap. 2.

Quis est Deus non mortuorum, sed viventium, ille est verus Deus.

Solus Deus Abr. Is. & Jac. est Deus non mortuorum, sed viventium.

E. Solus Deus Abr. Is. & Jac. est verus Deus. In hoc Syllog. 1. fig. Minor est exclusiva contra communem ordinem, vid. Nott. p. Ex Cap. 7.

Qualis est Creator, talis & creatura ad imaginem ipsius condita.

Atqui creator est immortalis.

E, & creatura ad imaginem ipsius condita, nimirum homo.

Est Assumptibus Syll.

Si Deus est Deus Abr. Is. & Jac. etiam post eorum mortem, sequitur, quod Abraham. Is. & Jac. adhuc superstites sint & resurrecturi.

Atqui prius est verum. E. & posterius.

Majoris Consequentia probatur, quia Deus non est Deus mortuorum sed viventium.

Si non datur resurrectio mortuorum, sequitur, quòd Deus sit Deus mortuorum, Consequens est absurdum.

E. & antecedens.

Sunt Syllog *Hypothetici*.

Deus aut est Deus mortuorum, aut viventium.

Sed non est Deus mortuorum.

E. est Deus viventium. *Disjunctivus*.

Deus non & viventium & mortuorum Deus est.

Atqui est Deus viventium.

E. non est Deus mortuorum. *Copulativus*.

Ex Cap. 8.

Deus est Deus Abrahami, Isaaci, Jacobi, & quotquot vixerunt.

E. est Deus omnium hominum. *Inductio*.

Ex Cap. 9.

Verf. 32.

Quic. audiunt rationi non cognita, obstupescunt.

Turbæ audiunt rationi non cognita.

E. Turbæ obstupescunt.

Quic. non habent sensum audiendi, non possunt obstupescere propter doctrinam.

Surdi non habent sensum audiendi (sc. in actu exercito & non impeditum)

E. Surdi non possunt obstupescere propter doctrinam.

Hi Syllogismi fluunt ex ultimo versu juxta C. 1. qui more præced. per reliqua capita facile deduci possunt.

Abrum-

Abrumpendum hîc ob angustias pagellarum. Quilibet autem ex his videt, è quovis Scripturæ versu Syllogismos formari posse, si attentus & diligens lector studiosè in verba inquirat.

\* \* \* \* \*

CAPUT IV.

*PRAXIS Partis Specialis Log.*

**B**revior esse jussus ab angustias pagellarum omnem doctrinam Partis Logicæ Specialis ad Textum præsentem accommodatum in unicum hoc ultimumq; caput contraham, & quidem tot paragraphis proponam, quot in eà libri continentur. S. I. Postquam in antecedentibus Syllogismos è textu formatos vidimus, sequitur, ut de materiâ quoq; solliciti simus, è quâ consistit. Quemadmodum verò ædificia vel ex lapidibus, vel ligno, vel cœmento construuntur, ita Syllogismorum materia pro ratione ædificii vel *Demonstrativa* est, vel *Probabilis*, vel *Sophistica*. *Demonstrativam* hîc deprehendimus in Argumentis Christi, quæ opposuit Sadducæis suis adversariis; hi ex Pandectis Mosaicis pro adstruenda suâ sententia legem quidem proferebant, verùm dupliciter eò ipsò impingebant, *primò*, dum legem matrimonialem de ducendâ fratriâ cum Politiâ Judaicâ temporariam & ceremoniam pro perpetuâ habebant & æternâ in futuro quoq; seculo valiturâ: *secundò* dum principia supernaturalia confundebant cum naturalibus, & ob principium hoc non nisi à ratione dictitatum, *A privatione ad habitum non datur regressus*, resurrectionem negando transitum faciebant è genere in genus, contra l. i. c. i. regn. 4.

d s

Chri-

Christus verò hos aberrantes revocabat ad principium fidei domesticum, nempe Scripturam Sacram & Resurrectionem tanquam rem fidei & merè Theologicam non aliunde probabat, quàm ex principiis Theologicis, adeoq; non Probabiliter, sed *Apodicticè* & *Didascalicè* testimonio è Mose desumpto, quò assertionem suam tam irrefragabiliter confirmabat, ut non tantùm ora Sadducæorum obturarentur, nec eorum ullus vel minimum regerere auderet, aut mussitare, sed & turba audiens ob ejus doctrinam obstupesceret, imò ab ipsis scribis infensissimis aliàs hostibus, laudem reportaret, quòd benè dixerit respondendo, & solidè doctrinam suam defenderit. Cum itaq; Resurrectio sit Articulus puræ revelationis, adeoque ex sententiâ Autoris in Nott. p. 627. citati non tam demonstranda quàm credenda, tenendum tamen, quòd licèt non Mathematicè, ut ibi dicitur, & per sensus, tamen Theologicè demonstrari possit. Quicquid enim clarè & expressè in Scripturâ continetur, illud Theologicè potest demonstrari. Quid? quòd Christus hòc locò Sadducæos ad Scripturam ablegat, ubi oculo usurpare & testimonium divinum legere liceret, imò per exempla resuscitatorum, quos tanquam prodromos superaddere Scripturæ voluit, ad sensus usque hominibus resurrectionem demonstravit, ut ostenderet, defunctos non in morte mansuros, nec resurrectionem potentiaè divinæ esse contrariam. Quando idem Autor l. c. in Nott. principium hoc: Quicquid Scriptura S. dicit, id verum est; & per consequens Syllogismum ibi positum de resurrectione, ad Topicam, & probabilia tantùm argumenta refert, verum id quidem est apud homines.

nes convertendos seu gentiles, quibus ante omnia variis inductionibus id persuadendum, Principium hoc esse universale & infallibile; minime verò apud conversos seu Christianos, quibus primum hoc est principium, & in quo ultima omnium controversiarum resolutio terminatur. Quod de Demonstratione dictum, de fine quoque ejus, qui est *Scientia*, valet, hanc dari in rebus Theologicis merè revelatis. Autt. in Notr. pag. 676. allegati dubitant, quod verò tantum de Scientiâ Philosophicè definitâ capiendum, quæ est quando quis rem per causam cognoscit; ex quo tamen fidei nostræ in certitudine credendorum, Scientiæ nomen neutiquam est dene-gandum, cujus enim rei certitudinem quis habet ex verbo Dei, ei tam firmiter inniti potest, quam omnes Philosophi suis Scientiis. Hinc Paulus magnâ *πνευματικῆς* Scientiam prædicat de suâ fide, utens vocabulo *εἶδεν*, quod significat videre, scire, cognoscere 2. Tim. 1. v. 12. & in specie scientiam de resurrectione pertractat 1. Cor. 15. Hanc scientiâ pollebat & Jobus c. 19. v. 25. Christus item in textu argumenti sui evidentiâ fidem in turbâ generabat & scientiam, ut cum stupore verbis ejus assensum præberet juxta v. 33. imò ipsi contradicentes adversarii argumento convicti palmam Christo porrigere coguntur non tam ob Dominum loquentem *αὐτόπιστον*, quam ob firmitatem & consequentiam argumenti è Scripturâ deprompti, adeò ut nulli Propositioni quicquam regerere possent. Hæc Propositio: Sadducei dicunt, non esse resurrectionem, est immediata, necessariamque habet Connexionem, & in eâ primus est gradus necessitatis, imò est quoque

καθ' αὐτὸ, quia Prædicatum desumptum est ex Definitione Subjecti, & Subjectum vicissim prædicati causam aperit & ostendit. Quæstio de Polygamia est mixta, quæ maximè quidem est decidenda è Scripturâ S. quàm incongrua tamen sit, probari quoq; potest è Principiis Phisicis, Ethicis ac Politicis, vid. Nott p. 652. Ad ignorantiam Sadducæorum quid observandum, vid. Nott. pag. 677. Verf. 36. Christus *Didascalicè* qualitatem seu proprietatem resurgentium declarat & resurrectionis naturam explicat è vernaculis seu domesticis principiis. In hac Enunciatione: Deus verus seu Deus Abrahami, Isaaci, & Jacobi est Deus non mortuorum sed viventium; est necessaria Consequentia, & quidem tertius necessitatis gradus καὶ ὅλας ἀποδείξει, quia Prædicatum cum Subjecto converti potest, licet enim dicere; Deus non mortuorum sed viventium est Deus verus, seu, Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi.

S. 2. Juxta Institutionem *libri secundi*, ubi de *Dialecticâ & Locis Topicis* agitur, è nostro textu Problemata dari & proponi possent varia e.g. An omnes, qui dicunt, non esse resurrectionem, sint Sadducæi? ex Loc. 2. An conjugium pertineat ad legem divinam, aut naturalem? Quibus? cum quibus? quandò? &c. liceat contrahere matrimonium? An in resurgentibus conspicienda sit differentia ætatis, quantitatis? &c. Quà lingvâ resurgentes usuri sint? An visuri Deum oculis corporeis? &c. Conf. Aut. p. 687. Licet verò resurrectio sit demonstrabilis è Scripturâ S. ut S. præced. audivimus, adeoq; invictæ fidei ac veritatis, Dialecticorum tamen exemplo nobis sunt Pharisei & Scribæ, qui resurrectionem quidem contra Saddu-

ducaeos afferbant, sed tantum probabiliter, disputabant enim contra hos incredulos non ex solo, nec ex puro Scripturae fonte, sed ei admiscebant vanos suos errores & traditiones e. g. solos pios esse resurrecturos, eundem futuram cum hujus vitae statum fore ac conditionem &c. & in multis provocabant ad traditiones majorum, unde nil obtinebant, & in varios incidebant atque inextricabiles laqueos. Vers. 23. In specie vero notamus: *Resurrectionem in Scr. dici, & in ea quoque esse*, vid. Nott. ad Loc. 1. Can. 4. unde Sadducaei peccabant resurrectionem in dubium vocando, quam tamen Deus in Scriptura manifeste confirmaverat, vid. Aut. p. 88. Abusus vero hujus vocabuli est, quando Chiliastae ad palliandum suum errorem de aureo seculo *hunc terminum accipiunt, non ut usu licet, & mens Scripturae requirit, quomodo bim vocabulo faciunt*, Conf. Loc. 1. Can. 5. Sadducaei putabant, absurditatem ex resurrectione oriri, & cogi se, ut *à nativâ & genuina hujus vocis significatione recederent*, vid. Nott. ad Can. 6. Resurgens & resurrectio sunt *Conjugata*, quorum uno posito necesse est poni & alterum, & sublato uno removeri & alterum. Hinc quando Sadducaei dicunt, non esse resurrectionem, eodem ipso quoque dicunt, nihil de homine post mortem superesse ac remanere, quia sublato uno conjugatorum removetur & alterum ex Loc. 3. Can. 1. Sadducaeis competit *Definitio Hæreseos, E. & Definitum*, Loc. 5. Can. 1. Omnes Sadducaei dicunt, non esse resurrectionem. E. & quilibet eorum; quia *quod universaliter inest Speciei, id omnibus quoque ejus Individuis recte tribuitur* Loc. 6. Can. 1. Si dantur Sadducaei, dantur quoque Hæretici: Si Sadducaei dicunt, non esse resurrectionem

ctionem, errant; quia *posita Specie, ponitur ejus Ge-*  
*nus* ib. Can. 3. Licet jam nulli supersint Saddu-  
 cæi, minimè tamen Hæretici esse desinunt; quia  
*remota unâ Specie non statim remobetur Genus* ib.  
 Can. 4. Sadducæi sic ratiocinabantur: Mortuo ho-  
 mine tollitur materia, E. mortuo homine tollitur  
 homo ipse, & nulla est resurrectio; quia *sublata*  
*materia rei propria tollitur & res ipsa* Loc. 9. Can. 1.  
 Sed opponi ipsis posset ex eod. loc. Can. 2. Mortuo  
 homine ponitur anima ejus ceu actus essentialis  
 in actu (sc. entitativo vid. Nott. ad hunc Can.) E.  
 ponitur homo ipse, ut nim. aliquid sit; quia *posita*  
*forma rei essentiali in actu, ponitur & res ipsa*. Do-  
 ctrina Sadducæorum est impia E. ipsi quoq; Sad-  
 ducæi sunt impii; nam *qualis effectus, talis causa*  
 Loc. 12. Can. 3. Si de resurrectione quarendum  
 per *circumstantias*, dices ad 1. *Quis* resurrecturus?  
 Resp. Omnes mortui, pii simul atq; impii. 2. *Quid?*  
 R. resurgent. 3. *Ubi?* R. quivis in loco s. pulturæ  
 suæ. 4. *quibus auxiliis?* R. Virtute Dei omnipo-  
 tentis, qui est Deus non mortuorum, sed viven-  
 tium. 5. *Cur?* Resp. primò, ut omnes judicentur:  
 deinde ut pii fruantur vitâ æternâ, impii verò da-  
 mnentur. 6. *Quomodo?* R. redunitis animabus  
 cum suis corporib. & quid. in *ισαγγελία*. 7. *Quan-*  
*dò?* R. in novissimo die. Loc. 14. Sadducæi dice-  
 bant: Mors & vita sunt opposita. E. posita mor-  
 te hominum, necessariò sequitur, eos non vivere,  
 quia *positò uno oppositorum, necessariò remobetur al-*  
*terum* Loc. 17. Can. 1. Si illi, qui errant, & nesci-  
 unt Script. S. dicunt, non esse resurrectionem, se-  
 quitur, quod illi, qui non errant & intelligunt  
 Script. S. dicant, esse resurrectionem; quia *Oppo-*  
*sita habent opposita Attributa, & Contrariorum.*  
 Con-



*Contraria est Consequentia* ib. Can. 3. Quanquam omnes Sadducæi & plurimi doctissimi viri dicant, non esse resurrectionem, huic testimonio tamen non est credendum, quia est humanum, nec universale; *multitudo autem errantium non parit errori patrocinium*, Loc. 18. Can. 4.

Verf 21. Si pro fratriâ dicam fratris uxor, est *Metalepsis* ex Loc. 4. Mortuo uno conjugē tollitur matrimonium; quia *sublatâ parte tollitur totum*, Loc. 8. Can. 3. Mas & foemina sunt *materia matrimonij*, ordinata verò matrimonialis conjunctio *forma*: Neutrò ex his existente, nullum quoque existit matrimonium; quia *sublatâ materiâ rei propriâ, tollitur & res ipsa* Loc. 9. Can. 1. Existente verò conjunctioe matrimoniali existunt quoque mas & foemina; quia *positâ formâ rei essentiali in actu, ponitur & res ipsa* ib. Can. 2. Lex Moisaica non est humana, sed divina, ideò verò Moisaica dicitur, quia Deus in eâ ferendâ Mosis operâ usus est; Jam *quod quis per alium facit, per se fecisse putandus est* Loc. 10. Can. 4. Qui liberos cupit & generis sui conservationem, matrimonium debet inire, quod legitimum est medium ad id obtinendum; *qui enim vult finem, velit etiam media ad finem necessaria* Loc. 11. Can. 1. Lex hæc Moisaica non erat universalis, sed cessabat, ubi natus erat filius, cujus acquirendi causâ lex erat posita; *acquisito autem fine, cessat ratio causandi*, ib. Can. 2. Datâ lege de conjugio, necesse est, dari & legislatorem; nam *positô effectu, necesse est, causam esse vel fuisse* Loc. 12. Can. 1. Si quis ex hõc versu ita velit argumentari: Ut lex & Evangelium se ad invicem habent, ita uxoris maritus primus & secundus. Atqui lex adumbravit Evangelium. E.  
ma-

maritus primus quoque secundum. Vel: Atqui re-  
 geniti per Evangelium non dicuntur filii legis  
 seu iustitiæ, sed Evangelii seu gratiæ. E. filii  
 quoque mariti secundi non erunt dicendi filii ma-  
 riti primi. Majorem suppeditat *Ambros T. 4.*  
*Opp. in Enarr. Ps. 43. p. m. 563. de h. l. sic loquens:*  
*Quidam ita interpretati, mortificato ritu Judaico*  
*tanquam fratri defuncti Evangelio mulierem eam*  
*nubere ex Evangelio voluerunt, quia lex annuncia-*  
*berit Evangelium. Ideo prior lex vir, postea secun-*  
*di viri nuptia, hoc est, Evangelij Sacramenta sunt.*  
*Duo enim quasi conjugia duo sunt Testamenta.*  
*Unum Conjugium Vetus est Testamentum, quod*  
*morte viri prioris solutum est. Et ideo mulier illa,*  
*cui lex mortua est, recte in secundum conjugium*  
*convenit, hoc est, Testamentum Novum. Sic duo-*  
*bus fratribus una conjungitur. R. Simile hoc esse*  
*& ultra tertium extendi, nec Similia tam probant,*  
*quam illustrant Loc. 15. Can. 1. Moses dixit, &*  
*Deus dixit v. 31. E. verum est. Hæc Conclusio*  
*& Consequentia pertinet ad Dialecticam, ejusque*  
*Loc. 18. quamdiu de hoc testimonio disputatur,*  
*num sit autoritatis divinæ, an verò tantum hu-*  
*manæ. Sic Dialecticè disquiri potest, An omnia,*  
*quæ Moses dixit, sint divina? Quando verò jam*  
*est probatum, hanc vel illam thesin esse Script. S.*  
*& consequenter verbum Dei, tum desinit argu-*  
*mentatio Dialectica, & incipit Demonstratio*  
*Didascalica & Apodictica.*

Vers. 28. Sadducæi ita concludebant: Si ho-  
 mines sunt resurrecturi, matrimonium quoque  
 iniri. Atqui prius est verum. E. & posterius  
 Maj. prob. quia *posito subjecto proprio ponitur &*  
*proprium ejus Accidens Loc. 13. Can. 1. Verum*  
 quid

quid respondendum, vid. Nott. ad hunc Can.

Verf. 29. Qui nescit virtutem Dei, nescit quoque resurrectionem; quia *negato Genere, quævis etiam negatur Species* Loc. 7. Can. 1. Quando de Sadducæis dicitur ipsos errare, non statim omnis tribuendus est eis error e. g. negatio Existentiæ Dei, Creationis mundi &c. nam *posito Genere, non necessum est ponere certam & determinatam Speciem.* ib. Can. 2. O. Hæretici sunt fugiendi, E. & Sadducæi; quia *quicquid universaliter affirmatur de Genere, id etiam de quâvis Specie universaliter affirmatur,* ib. Can. 4. Qui vult non errare, infallibilem debet sequi ducem Script. S. juxta Loc. 11. Can. 1. Si Sadducæi non intelligunt Script. S. neq; virtutem Dei, E. multò minus resurrectionem; quia *quod de majore negatur, id multò magis de minore negandum est.* Loc. 16. Can. 3.

Verf. 30. In hominibus resurgentibus necessariò est *ισαγγελία*, nam *posito Subjecto proprio ponitur & proprium ejus accidens* Loc. 13. Can. 1.

Verf. 31. Scriptura dixit, mortuos esse resurrecturos, E. resurgent. Est Consequentia à testimonio divino desumpta, vid. Nott. ad Loc. 18. Can. 2.

Verf. 32. Posito Abrahamo, ponitur quoq; ejus anima & corpus; quia *posito toto, ponuntur ejus partes* Loc. 8. Can. 1. Deus est Causa efficiens resurrectionis, *posita igitur hac causâ in actu,* quod sit Deus vivorum, *ponitur effectus,* nempe resurrectio Loc. 10. Can. 1. Homines vivunt propter Deum, qui est Deus viventium, E. Deus magis vivit, imò ipsa est vita; nam *propter quod unumquodq; tale est, illud magis est tale.* ib. Can. 5. Posita vitâ Patriarcharum, ponuntur quoq; eorum per-

personæ ; quia posito adjuncto proprio & necessario, ponitur quoque subjectum Loc. 13. Can. 3.

Verf. 33. Ultimus Syllogismus supra Cap. 3. ex hoc versu positus est Dialecticus, quia per causas naturales & probabiles probatur, surdos non posse obstupescere propter doctrinam, vid. Aur. p. 682.

S. 3. Sadducæi *Artis Sophistica* seu decipiendi, callidissimi Practici, & Doctores experientissimi dici merentur, eò quòd ipsi divinæ sapientiæ subdolâ allegatione Legis Mosaicæ in alieno planè sensu fucum facere non erubescant. Verf. 23. Sophismata, quæ à malevolis & hostibus fidei orthodoxæ conflare possunt, potiora sunt hæc : Quic. accedit ad Christum, salva ut Jes. 54. v. 21. Sadducæi accedunt ad Christum. E. Sadducæi salvantur. Est *Fallacia Equivocationis*. Quemadmodum Paulus de Hymeneo & Phileto quæritur, eos circa veritatem aberrasse, dum dicerent, resurrectionem jam esse factam nim. per Conversionem. 2. Tim. 2. v. 18. ita Sadducæi multum errabant, dicentes, non esse resurrectionem, istis non absimiles. N. malum est à Deo conditum. Sadducæi sunt mali. E. Sadducæi non sunt à Deo conditi. Est *Fallacia Accidentis* Cap. 2. Sadducæi *circulum* committebant sic argumentando : N. resurrectio est futura, quia nulla post hanc vitam futura est societas conjugalis. Et nulla est societas conjugalis futura, quia nulla futura est resurrectio, ib.

V. 24. Mortalem esse non est à Deo. O. qui in conjugio vivunt, sunt mortales, E. O. qui in conjugio vivunt, non sunt à Deo. Est *Fallacia Accidentis*, C. 2. Quod justum fuit in V. T. id quoque justum est

in N. T. Atqui duos fratres successivè ducere eandem uxorem, justum fuit in V. T. E. & idem justum est in N. T. Est *Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter*, ib. Alii ex h. l. ita sophisticantur Polygamiam corroboraturi: Deus dedit legem de ducendâ fratriâ. E. dedit legem de Polygamiâ. Frater enim relictus, uxoratus jamdum esse potuit; quia tamen præter suam conjugem & fratris illiberis viduam superinducere lex jussit, Deus hâc ipsâ lege confirmasse videtur Polygamiam. Resp. est *Fallacia Consequentie*; Frater superstes defuncti illiberis tum demum viduam ducere uxorem debuit, si nondum alteri conjugi alligatus erat, uti rectè è contextu Deut. 25. v. 5. probatur. Vid. Gerh. Nott. ad h. l. Et Grotius addit, quòd lex de ducendâ fratriâ tum demum habuerit locum, quando ne quidem filia aderat, cum jure Ebræo nepos ex filiâ in avi familiam inferi potuerit, quod clarum evadit ex Num. 27. v. 3.

V. 28. Homines resurgent. E. vivent in matrimonio. Est *Fallacia Conseqb.* Cap. 2. Omnes habuerunt eandem uxorem. E. nulla est resurrectio, est *Fallacia secundum non causam ut causam*, ib. Cujus è septem illis erit uxor? Est *Fallacia secundum plures interrogationes*; primò enim quærebant his verbis; An futura sit resurrectio, & alia post hanc vitam? Secundò; An in illâ vitâ locum habiturum sit matrimonium? Tertiò: Cujus è septem fratribus uxor hæc sit futura? ib.

V. 29. Quic non nesciunt virtutem Dei, illi probè eam sciunt. Sadducæi non nesciunt virtutem Dei, E. probè eam sciunt. Est *Fallacia Syntaxeos*. Conf. quæ C. 2. ad hunc vers. dicta. Cum Sadducæi sequelam. nesciebant: Quicquid repugnat

gnat Scripturæ divinæ seu legi Mosaicæ, id non est credendū. Atqui resurrectio repugnat Script. divinæ seu legi Mos. E. non est credenda; Christo increpat eos ob Ignorantiam Elenchi, quā nesciebant Scripturam, i. e. non intelligebant legem Mosis, neq; virtutem Dei.

V. 30. *Qui sunt sicut Angeli Dei in cælo, illi sunt essentia spirituales per se subsistentes, create à Deo ad sui honorem & salvandorum ministerium &c. Atqui resurgentes sunt sicut Angeli Dei in cælo. E. sunt essentia spirituales &c. Est Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, Cap. 2. Elenchos varios contra hunc locum Matth. & Luc. 20. v. 36. collegit Prückn. in Vindic. Bibl. inter quos sunt sqq.*

1. Weigelius docuit, pios non resurrecturos cum partibus organicis, cum in resurrect. nec nupturi sint, nec nubenda. E. e. igitur cui fini, & usui?
2. Hilar. olim statuit, homines non resurrecturos esse cum discrimine sexus, quod in resurrectione neq; nupturi sint, neq; nubenda: quorsum igitur opus cum sexus discrimine resurgere?
3. Murcia contendit, animam hominis non generari, cum sit spiritus: spiritum autem ut sic non generari, e. g. Angelum.
4. Origenes soluit, eos qui aliquandò resurgent, in Angelicam naturam conversum iri, quia futuri sint sicut Angeli.
5. Bellarm. disputat, Ecclesiam mortalium hominum esse Monarchicam, siquidem ipsa similis sit Ecclesie immortalium Angelorum.
6. Costerus opinatur, Sanctos in cælis non ignorare, quid apud nos in terris agatur, quoniam sint sicut Angeli Dei h. e. ejusd. glorie & beatitudinis.
7. Salmero autumat, Sanctos pro nobis in cælis speciatim interpellare apud Deum, esse enim sicut Angelos Dei in cælo.
8. Martyr arbitratur, omnes beatos equali gloriâ in cælis fulsuros,

ros, quandoquid fulsuri sint sicut Angeli, quorum gloria  
 est summa. 9. Ostorod. contendit, prim. parentes ante  
 lapsū non fuisse immortales, quia alter duxisset uxore,  
 & altera nupsisset viro, eos autem, qui mori non pos-  
 sunt, neq. uxores ducere, neq. viris nubere. 10. Socinus  
 asserit, homines ad imaginem Angelorum esse factos,  
 quon. ipsi futuri sint ἰσάγγελοι in altero seculo. 11. Vor-  
 stius urget, nos in futuro seculo non amplius fore car-  
 nem & sanguinē, eò quòd futuri simus ἰσάγγελοι; An-  
 gelos autem substantiā suā non esse carnem & sangui-  
 nem. 12. Photiniani ex eò, quod Christus dicitur equa-  
 lis Deo Joh. 5. 8. 18. non sequi contendunt, ipsum esse  
 Deum, cum & homines beati in vitā aeternā futurī  
 sint aequales Angelis, nec tamen futuri sint Ange-  
 li. 13. Becanus nugatur, Sanctos defunctos ratione  
 beatitudinis non differre ab Angelis, quippè quibus  
 aequales sint. 14. Bellarm. arguit, Sanctos defunctos in  
 caelis terrena haec administrare, siquidem aequales sint  
 Angelis. 15. Stapleton. incrustat, Sanctos in caelo re-  
 gnantes aequè ac Angelos piis morientibus adesse, cum  
 sint Angelis aequales. 16. Parmannus probare nititur,  
 Sanctos caelites aequè ac Angelos posse à nobis rogari,  
 ut nos adjuvent, eos enim esse ἰσάγγελους h. e. in omni-  
 bus aequales Angelis. 17. Papistæ votum caelibatūs col-  
 ligunt ex eò, quod per abstinentiam à nuptis beati di-  
 cuntur futuri ἰσάγγελοι & c. Hackspan. in Nott. Bibl.  
 ad h. l. dicit: Veteres Heretici, ut ex Tertullian. &  
 Hieron. constat, ex h. l. ita contra conjugium sunt ar-  
 gumentati: Filij hujus seculi nubunt, post resurr. verò  
 non nubent, sed similes erunt Angelis Dei. Atqui fide-  
 les jam spiritualiter resurrexere. Ergò. Plura vide ap.  
 eundem. Sed ad omnes hos Elenchos & impostores  
 sequelas quom. Logicè sit respondendū, ex his praeceptis  
 & haètenus traditis constat, quid verò Theologicè re-  
 gerendū, ex citatis hauriendum Autoribus. V. 32.

V. 32. Laudatus Prückn. hic iterum sequentes Adversar. obserbat fallacias: 1. Tanner. sibi imaginatur, Christ. cum Sadduceis more Jesuitico disputasse, quia Matth. hic referat Premiss. Marc. Verò Concl. 2. Manichæi delirarunt, Deum non carere sine, quoniam Dei ipsius potestas terminetur, cum dicitur Deus Abr. Is. & Jac. 3. Nihus. negat, sanctos defunctos esse mortuos, quod bibant Deo Luc. 20. v. 38. & c. Alia quoq. Sophism. Vid. notata ap. Gerh. in Harm. ad h. l. Deniq. addo, quod & Ignoracionem Elenchi hodiè committant illi, qui reuelationes defendunt, exinde, quod potentia diuina non repugnet, & Deus eòdem modò h. diè cum hominibus agere possit, atq. olim sub V. T. Sed de potentia Dei non est questio, nec quisquam sanus de eà dubitat, sed querit. de voluntate, an velit Deus, & promissionem de iis dederit, quod negamus ex multis manifestis Scr. testimoniis. Loc. Joel. 2. v. 28. in contrarium planè à τὸ πρῶτον ἰουδαῖος alleg. ut Dn. D. Læschner. in Diss. publicà annò super. V Vitteb. habità de Vision. demonstrabit.

S. 4 Ex quarto & ultimo libro hunc carpe fructū: Si totum hunc textum, qui continet Diss. Christi cum Sadd. super quest. An resurr. mortuorum futura sit? (adeoq. thema Compositum; Aliàs si tantum in genere de resurr. mort. ageretur, thema esset simplex, v. Cap. 4.) disspescere velis in suas partes, deprehendes, eum pro ratione omnium Diss. constare duabus partibus, quarum prior est Sadd. Obj. v. 23-28. Altera Christi Resp v. 29-33. In priore subdivisio institui potest vel per Circumst. Quis? quid & c. vel per membra sq. adest nim. ibi 1. falsa Sadd. hypothesis v. 23. 2. Sophistica probatio v. 24-28. In alterà parte Christus resp. 1. falsam hypothesisin rejiciendo, & adversar. ignorat. Elenchi detegendo v. 29. 2. veram thesin ponendo, quæ est p. resurgentium qualitas v. 30. p. resurrectionis veritas v. 31.

3. sen-



3. sententiam suam probando 6.32. Annexus deniq. est  
 Diss. hujus exitus 6.33. Hæc Divisio est integri in sua  
 membra vid. C.2. Quando dico: Resurrectio est egres-  
 sio mortuorum è sepulchris: It. Sadducei sunt discipuli  
 Sadok; est Definitio Nominalis. Definitionem rea-  
 lem Resurr. vide supr. Cap.1. ad 6.23. eamq. causalem.  
 Sadducei sunt Secta Judæorum, quæ dicit, non esse re-  
 surrectionem; Est Definitio Accidentalisis, ex Cap.1.  
 Divisionem nominalem Resurrectionis vide supra C.1.  
 ad 6.23. Judæorum alij sunt Sadducei, alij Pharisei,  
 alij Essæi &c. est Divisio Generis in suas species.  
 Illi qui dicunt, non esse resurrectionem, vel sunt Sad-  
 ducei, vel Athei & Epicurei, vel gentiles, vel hypocri-  
 tæ Christiani, qualis fuit Papa Joh. XXIII. &c. est  
 Divisio Accidentis per Accidentia, Cap.2. Moses est  
 persona à Deo ad munus Propheticum & legislatori-  
 um vocata; est Definitio Causalis. Maritus est per-  
 sona habens uxorem: Uxor est persona habens ma-  
 ritum: Frater est persona habens fratrem: sunt De-  
 finitiones Accidentales Cap.1. Lex alia est Mosaica  
 seu divina, alia Politicæ seu humana; est Divisio Ge-  
 neris in suas Species Cap.2. Frater primus, secundus,  
 tertius &c. est Divisio Speciei in Individua, ib. Scri-  
 ptura est id, quod literis est consignatum; est Defini-  
 tio nominalis. Scriptura est Verbum Dei impulsu Spi-  
 ritus S. &c. est Definitio essentialis. Cap.1. Conjugi-  
 um est, quando duo conjuges uni subsunt jugo; est De-  
 fin. nominalis. Conjugium est arctissima & divinitus  
 ordinata societas unius maris & unius fœminæ ad so-  
 bolis generationem, & mutuam adiutorium instituta;  
 est Defin. essentialis. ib. Matrimonium non contra-  
 hentium alij sunt homines resurgentes, alij Angeli; est  
 Divisio Differentiæ in Species Cap.2. Angelus est es-  
 sentia spiritualis &c. Vel: est spiritus finitus & per se  
 sub.

*subsistens, creatus à Deo ad sui honorem & hominum salutem; est Defini. essent. Cap. 1. Deus, quia est essentia transcendens omnem intellectum humanum, definiri non potest. Hæc descriptio: Deus est essentia spiritualis, infinita, increata, immense potentia &c. non est Definitio Logica, quia termini locò Differentiæ positi sunt negativi, ib. Nomen Dei tribuitur non tantum Deo Abrahami, Isaaci & Jacobi, qui est Deus verus, sed etiam Angelis, iisque tam bonis, quam malis, item hominibus, idolis, & aliis creaturis. Hæc divisio est nominalis, Cap. 2. Methodus Analyticè & Syntheticè hunc textum tractandi discenda est è libellis methodicis Rhetoricæ sacre e.g. Oratoriæ Ecclesiasticæ B. Hülsemanni & Olearij, Hodegetico Carpobij, Methodologiæ Homileticæ Gæbelij, & aliorum, quibus annumerandus J. H. Ursini Ecclesiastes, ubi usum Logicæ in Concionibus elaborandis monstratum dedit. Quomodo deniq; necessariam methodo, quam Autor Capite ultimò tradidit, de resurrectione agendum, vid. passim in Disputationibus Academicis de hoc Articulò habitis, e.g. B. Joh. Scharfi Diss. habit. VVitteberg. 1655. Calixti Helmst. an. 1661. & aliorum.*


Hæc pro ratione instituti sufficientiant.


S. D. G.




minum  
ia est es-  
nanum,  
essentia  
ntia & c.  
Differen-  
itur non  
est Deus  
m malis,  
Iac divi-  
lyticè &  
est è li-  
iâ Eccle-  
ico Car-  
& alio-  
lesiastes,  
monstra-  
ethodo,  
rectione  
ademicis  
Disp. ha-  
mst.

uf-







Aug IV A 250


ULB Halle

3


002 422 026



Wort







PRAXIS  
**LOGICA,**  
SEU  
USUS  
MANUALIS LOGICI  
SCHARFIANI  
**PRACTICUS**

IN  
SS. THEOLOGIA  
TYRONIBUS LOGICÆ  
MONSTRATUS

à  
M. CHRISTIANO VALE-  
RIO ZEISIO,  
SIBENLEHNENSIIUM PASTORE.

LIPSIAE & FRANCOFURTI  
Apud MARTIN. GABR. HÜBNERUM,  
Typ. JOH. HEINR. RICHTERI,  
1694.

AXIS

